INSTITVTIONIS

ASTRONOMICÆ

TOMVS SECVNDVS,

DE

Fabrica Planisphærii,

ET

Trigonometria Astronomica

in partes tres distincta;

I. De Generibus & affectionibus Triangulorum tam planorum quam Sphæricorum.

II. De Resolutione Triangul. Sphær. per planisphærium.

III. De Resolutione Triangulorum Sphæricorum, tum etiam planorum per Triang. canones.

Adjecta quoque hisce

Mechanica Planorum Triang. solutio beneficio circini & regulæ.

FRANEKERÆ,
Apud AEGIDIVM RADAEVM
Ordinum FRISIAE Typograph.

CIↃ. IↃ. CVI.

Nobilissimis atque Amplissimis Illustris Academiæ 266

FRANEKERANÆ

CVRATORIBUS,

D. KEMPONI à DONIA,
Territorii Leoverdiensis Grietmanno,

D. IELGERO à FEYTSZMA,
Supremæ Curiæ Senatori, Custodi Fisci, ac Agri Biltensis Grietmanno,

D. EILARDO REINALDA,
Grietmanno in Donievverstal.

D. GELLIO HILLEMA,
in suprema patriæ Curia Senatori.

SI quæ contemplatio rerũ hujus mundi digna homine ratione prædito; est hæc profecto, quę cęlestia perscrutatur. Cælum hoc inquã aspecta-

bile, atq; micantia in eo Sydera, tanto artificio atque ordine ſummi Architecti diſpoſita, ut meritiſsimè exclamet Divinus ac Regius vates, CAELI ENARRANT GLORIAM DEI. Sed quibus? an non iis, quos formâ corporis non pronâ (uti cætera animantia,) ſed erectâ donavit, ut nimirum ex jugi aſpectu pulcherrimæ iſtius fabricæ ſapientiam ſuam, bonitatemque immenſam admirarentur, ac depredicarent? Itaque legimus primos hominum cœlorum atque aſtrorum motus non obſervaſſe ſolum, atque optime calluiſſe, verum etiam poſteris ſtudioſe tradidiſſe, quod præviderent, nobiliſsimam hanc ſcientiam ad plurima ipſis fore neceſſariam ac conducibilem. Nam quis ſine ea tempora diſcriminaſſet? quis terras colere? quis maria ſulcare noviſſet?

Sed

Sed laudes ejus ac multiplicem usum 267
hic referre non est mihi institutum,
quod alii id abunde ante me præstite-
re. Quin potius, vobis viri Nobilissimi
atque Amplissimi, quid in hoc secun-
do operis mei Tomo præstiti paucis
cõmendare. Itaq; isto Planisphærii fa-
bricam, ac per eam amplissimam, at-
que abstrusam Triangulorum Circu-
larium doctrinam novo modo exhi-
beo. Deinde eandem per Canones
(quod & ab aliis, sed aut fuse nimis
aut obscure factum) compendiosa ac
nova via edoceo. Doctrinam sane ad-
mirandam, & in quâ, ut loquitur Di-
vinus Plato, alæ delitescunt, quarum
remigio mens humana in cælos sub-
lata ita exacte corporum cælestium
mensuram, numerum, motuumque
leges ediscit, ut deorsum relabens ma-
ris terreque spatia apte perfecteque

deſcribat. quod e ſequentibus tomis Lectori patebit. Et eſt quidem docēdi ratio, quæ fit per inſtrumenta, ad introducendos tyrones haud incommoda, imo & neceſſaria; ſed ſi cum hac comparetur, tam diverſa, atque eſt domuncularum, quas pueri colludentes e luto aut argilla extruunt, ad vera aut regalia ędificia. Hanc ego doctrinam tam arduis, tamque ſingularibus præceptis ornatam, vobis viris in arduo ac ſingulari loco poſitis (ut qui præter alias dignitates non ſolum curatores eſtis hujus Academiæ vigilantiſsimi, ſed et primitus fundatores prudentiſsimi) dedicare haud vereor: Sperans neque ſcriptum mihi fore dedecori, neque inſcriptum vobis dedignationi. Quod ſupereſt, (quo eſtis in Academiam, ac ſtudia noſtra communia favore) me meaque vobis commendo.

mendo. Valete viri Nobilissimi atq; 268
Amplissimi, festinanter Franequeræ
19. Kal. Febr. CIↃ.IↃ.CVI.

Vestræ Nobiliss. Ampl. addictiss.
A. METIUS.

IN
Clarissimi viri
HADRIANI METII,
Trigonometriam.

CVM tua te genitrix vitâi ferret in auras,
Dictaret que tibi prospera fata parens,
Adstiterant Musæ, plorantemque una Sororum
Excipit, & dulci collinit ora favo;
Quærentique foret puero quod amabile nomen
Uraniæ, nomen, METIUS, inquit, erit.
Ille olim rapidos cœli Septemplicis orbes,
Fixaque syderio signa minora polo
Metiri, occasum atque ortum signare docebit
Astrorum, & quidquid lucidus orbis habet.
Ille vagos scribet phœbi, lunæque labores,
Et quo pigra modo plaustra Boatis eant
Ille meis primus Frisiis cœlestia tradet,
Ille Syracusium vincet & arte senem.

Stan:

Stant rata vota tua, Meti clarissime, Divæ;
Illa jubet, jussus tu facis esse ratos:
Tu nos alta doces magni Miracula mundi,
Fataque quæ nobis flammea signa notant;
Quadrisidum variis habitatum gentibus orbem,
Quoque jacent mundi climate regna doces.
Et ne tam angusta lateant dictata lyceio,
Das populo quidquid pulpita docta sonant.
Dii tibi pro tantis meritis, clarissime Meti;
Nestoreos faciant posse videre dies,
Notaque tam sero repetas fœliciter astra,
Quam tibi pro meritis, docta Iuventa favet.

SIBRANDVS SICCAMA, I. V. Doctor & Reip. Bolsvvardianæ Secretarius.

EX POEMATIBVS

FOPPII AB AETSMA,

I. V. Doctoris,

Carmen inscriptum autori.

QVÆ tibi de domibus superis cęloq; parantur;
Quos habeãt motus, quas vaga signa vices,
Quid premis, o Meti, instantis tibi prodige laudis?
Ire foras pridem debuit iste liber.
Sidera te norunt, Cælum tibi servit ad unguem:
Quæ tibi virtutum præmia terra neget?

Superiori Tomo cognitionem & usum primi mobilis, quā potuimus pauciſsimis, per ſphærā ſolidam ad imaginem cæli conſtructam exhibuimus. At licet ſphęræ inſtrumentū omnibus modis ſit abſolutum ſua tamen habet incommoda, adeo ut neq; omnibus æque poſsit eſſe uſui. Quare propter cauſas non inutiles veteres ſtuduerūt & conati ſunt, ſphęræ circulos (per quos motuum cæleſtium cognitionem & uſum percipimus) in planam ſuperficiem traducere, idque *analemma* vocat Vitruvius, vulgo *aſtrolabium* ſeu *planiſpherium* dicitur. Inſtrumentum ſane ſummæ admirationis, quod diſciplinę mathematicæ pręſtantiam tanto magis extollit, quanto pluribus modis ejuſmodi deſcriptionem fieri traditum eſt. Nam ſunt qui centrum oculi, a quo radii viſorii in ſubjectum emittuntur, in centro mundi: alii autē in æquatore: alii in alterutro polorum, alii deniq; alibi conſtitutum imaginantes, pro diverſitate ſitus diversā quoque ſphæræ faciem in planū traducere docuerūt. Vnde non modo univerſalia, ſed &

particularia planisphęria ad certā determi-
natāq; poli elevationē elaborata ꝓdierūt.

Ex quibus omnium commodissimū & maxime universale existimam⁹ illud, quod ab illustri Mathematico Gemma Frisio Astrolabium catholicum appellatum fuit.

Inventum quidem vetus est, qua ὑπογραφὴν: sed usum ejus multiplicem & uberrimū oīum primus exhibuit prædictus Gemma frisius in libello suo sphærico de Astrolabio Catholico, tam elegāter, quam erudite conscripto; cujus quidē præcepta pro ingenii modulo ad certā methodū revocare, amplissimā insuper illā, & reconditā triāgulorū sphæricorū doctrinā per idē hoc planisphæriū exhibere, omniaq; instrumenti penetralia recludere, ejusq; secreta pādere, studiosāq; juventutē ad Ptolomaicā, Copernicēā, Tychonicāq; Matheſin, & ad verā, genuinā, omnibusq; numeris absolutam Astronomiam deducere studuimus.

Etsi .n. de utilitate operis laborisq; mei, alios, non me, verba facere oporteat: huius tamen plus se hinc cepisse fatebitur nostri studiosus, quā ego verbis verecunde spondere ausim.

EST igitur planisphærium instrumentum, sphæram ipsam in planum traductam exhibens, per quod longè cōmodius ac per globum motuū cælestium usum adipisci liceat. *Describitur & constituitur instrumentum hoc in tabula plana, sive lignea sive æneā, bene et diligenter complanata, ac per circinum in orbem redacta, quæ vulgo* corpus planisphærii *dicitur.* 270

Corporis duæ sunt partes, Anterior & Posterior.

1 Descriptio Anterioris partis sive faciei planisphærii.

Anterior corporis planisphærii pars dicitur facies, estque tabula generalis continens dimidiatam sphæram circulis suis depictam, integram tamen sphæram referens.

Circulorum faciei inscriptorum duæ sunt species: aut enim rectis constat lineis, aut periphæriis.

Quæ rectis constant lineis, sunt ecliptica, & diametri duæ, quarum una meridianus rectus dicitur; altera parallelus rectus.

Quæ peripheriis describuntur, illæ aut in polos ambos (mundi polos ut plurimum referentes) concurrunt, aut eos ambiunt.

Quæ in polos concurrunt, meridiani vel horarij dicuntur, quod eorum vice magna ex parte fungantur.

Quæ vero polos ambiunt paralleli vocantur: nam etsi in plano paralleli prorsus non appareant, tales tamen in cælo intelligendi.

[Verum utrique hi circuli, pro rei necessitate & diverso in operationis usu, varia sortiuntur nomina. Namque eosdem illos mundi polos pro Zodiaci polis assumere licet, atque tunc qui circuli meridiani dicti sunt, erunt circuli longitudinum, paralleli vero jam erunt latitudinum.

Rursus si eosdem polos statuas horizontis hoc est punctum verticis, punctumque pedum, quæ Arabes Zenith & Nadir appellant: tunc meridiani erunt circuli verticales, paralleli vero circuli altitudinum. Ex hac permutatione provenit hujus organi copia & usus varietas.]

Et hisce tandem omnibus circumscribitur Limbus in 360 divisus.

Et hæc faciei astrolabii insunt, cui adhibenda regula diametro faciei secundum longitudinem æqualis, quæ horizontalis dicitur. Nam ejus partem ut plurimũ tuetur, in cujus superficie totus Zodiacus cum duodecim suis signis

signis & gradibus inscribitur: defert praterea hæc regula brachiolum, quod erit tribus membris flexibile: ita ut ad omnes faciei circulos extendi & contrahi possit. Hæc regula per clavum teretem ita centro astrolabii aptanda erit, ut libere in centro circumvolvi possit.

Hactenus de partium faciei enarratione. Sequitur earundem inscriptio.

2. De inscriptione parallelorũ meridianorumq;.

[Primo omnium describatur ex centro instrumenti. A. peripheria BDCE. quæ circulos reliquos amplexura, dicetur meridianus extimus.

Per idem quoque A centrum descendat linea & diameter. B C, quæ meridianus rectus vocetur, in quo ad communes ejus cũ meridiano extimo intersectiones notentur poli mundi, B & C. Huic quoque addatur transversalis diameter, E D, ipsam in eodem, A, centro ad angulos rectos intersecans, diceturque parallelus rectus: Duæ istæ diametri peripheriam descriptam in quatuor æquales quadrantes dirimunt: quorum quilibet subdividendus in 90 partes æquales, si ad singulos gradus circuli sunt inscribendi, ut fieri solet in magnis: vel in 45. si ad binos gradus, ut in mediocribus instrumentis fit: vel in 30 si ad ternos gr. ut in parvis: vel denique in 18 sive in 9. si per quinos, aut denos gradus circuli forent ducendi, ut in minimis organis fieri solet.

Peripheria pro magnitudine instrumenti sic divisa: applicabis filum tenuissimum, vel regulam una sua parte ad polum alterutrũ. nempe B, alterã partem promovebis ordine servato in singulas DCE semiperiphe-

riæ partitiones, notando interim diligenter singulas regulæ vel fili ad parallelum rectum DE intersectiones, notulasque ibidem impingendo, per illas enim ducendi sunt meridiani.



Haud dissimiliter promovebis regulam vel filum ex puncto D per singulas CER semicirculi divisiones, totidemque in meridiano recto BC intersectionum notulas signando, per quas transibunt paralleli.

His ita absolutis circumlineabis meridianos in utrũque, B, & C, polum concurrentes, & per singulas paralleli recti distinctionum notas transeuntes: quorum delineam-

lineandorum centra erunt investiganda in linea D E, ab utraque parte quam longissime prolongata. Centrorum autem inveniendorum hæc est ratio commodissima, ex polo C, ad quodvis intervallum, describatur semicirculus obscurus & delebilis, quem linea C B in duos quadrantes æquales dirimet, quorum quilibet in 90 partes æquales subdividendus, si gradatim circulos inscribere velis. vel in 45, si per binos gr. vel in 30 si ad ternos &c. ut supra. Filo postmodum & tenuissimo & longissimo ex polo, C, & per singulas semicirculi partitiones demisso, secabit idem lineam, D E, in centra meridianorum desiderata. quorum dimidia pars continetur intra peripheriam, inciduntque in ipsas distinctionum notulas ipsius, D E, paralleli recti, alternatim una notula semper intermissa: sed reliqua centrorum dimidia pars cadit extra peripheriam in partibus lineæ D E prolongatis. unde semicirculi quadrantem, inter lineas C D, & C E interceptum, intactum relinquere & præterire licebit.

Centris meridianorum ita repertis describes ex eis omnes & singulos meridianos, ita ut ad amussim per distinctiones ipsius D E paralleli recti tranieuntes, coeant in utrumque B & C, polum. Quod si forte contingat in centris longius excurrentibus operationem non ad amussim succedere, quia forte in centri annotatione aberratum fuerit: emendabitur iste error figendo circini pedem pauxillum eis vel ultra centrum repertum, & circinium diducendo aut contrahendo quantum res ipsa postulabit.

Nam plerique artifices longo usu edocti, nullis istiusmodi intersectionibus præviis, quælibet centra meridianorum parallelorum ve, quantum vis remota, in diametro statim inveniunt.

Ad parallelorum delineationem quod attinet, circumscribes eos per singulas sectionum notulas ipsius, B C, meridiani recti, ut in respondentes meridiani extimi partitiones coincidant: quorum delineandorum centra non decedunt a recta B C utrimque prolongata.

Centra illa ex meridianorum semidiametris facillime investigantur. Si enim semidiametri, secundū quas singuli meridiani descripti sunt, mensurentur a centro A, in linea B C, utrimque prolongata, constitues in partibus ejusdem lineæ prolongatis centra desiderata, quibus paralleli convenienter delineari possent.

Artifices primo decimum quemque parallelum & meridianum constituunt, quos distinctionis causa crassiore lineatura notant, quibus deinde reliquos tenui lineatura subnectunt. Rursus, duo meridiani quemadmodum & duo oppositi paralleli eadem expansione circini delineantur. Tandem ut semidiametri meridianorum in prolongata linea B C, ab instrumenti centro mensurata, centra parallelorum ibidem indicant: ita vicissim semidiametri parallelorum, ab eodem centri instrumento numerati, in D E linea utrimque prolongata, centra meridianorum monstrabunt.

At quoniam in majoribus planisphæriis circuli isti, qui diametris rectis viciniores sunt, propter longissimam suorum centrorum remotionem difficulter inscribuntur, circuli enim hi parum a rectitudine deflectunt, unde huic difficultati hoc modo occurri poterit. Fingamus utrimque desiderari quinque meridianos totidemque parallelos, ex iis qui per puncta centro viciniora duci debent. Primum, si de meridianis sit quæstio, partionem paralleli recti E D, nondum parallelis interfectam, in 5 partes æquales utrimq; partire: deinde fac similiter in arcu paralleli viciniore hoc est decimo: post in decimo quinto, & sic deinceps in singulis quinariis ad polos usque progrediendo, quibus ita peractis; si calamo scalpelloque sigillatim hæc puncta per lineam conjungas, quinque desideratos meridianos utrimque, citra errorem perceptibilem, constaveris.

Non aliter ages in compositione parallelorum, nisi quod hic vicissim eodem modo ipsos meridianos dividere, & singula divisionis puncta ad limbum usq; connectere oporteat.

Atque hæc de meridianorum parallelorumq; inscriptionibus,

ptionibus. Ad partitiones ecliptícæ & horizontis quod attinet, eæ sunt eædem cum eis quas diameter uterque habet, unde ex iisdem desumi possunt. De limbi structura a nobis dictum fuit in libello sphærico cap. 1. l. 3. De numerorum inscriptione & ordine nihil hic attinet dicere, quum talia ad oculum cernantur.]

3 Alia & nova ratione circulos meridianos & parallelos inscribere.

SEquitur nova & exquisitissima ratio inscribendi meridianos & parallelos per tabulam numerorum quam in hunc finem supputavimus, ubi sciendum tabulam hanc factam esse pro meridiani extimi semidiametro in 100000 *diviso. Monstratq; quot partes istiusmodi æquales singulis meridianis, parallelisque planisphærio inscribendis respondeant.*

[Fingatur enim super plano quodam linea recta A B æqualis semidiametro peripheriæ sive extimi meridiani: quam primo in 10 æquales partes partes: & earum rursus quamlibet in 10, quarum quævis æstimanda valere 1000 partes, continebitque isto modo linea A B partes 100000 ex quibus per circinum tot desume partes quot tabulæ area prima pro singulis diametrorum distinctionibus jubet, ac circino pro distantia earundem sic expanso, ponatur unus ejus pes in centro instrumenti A, cum altero in utraque diametro utrimque notulas impinge, per illas enim tum meridiani tum paralleli ducendi erunt, quorum describendorū centra & semidiametri ad eundem modum ex tabulæ secunda & tertia area numerari mensurariq; possunt.]

Verbi gratia in schemate priori sit describendus meridianus C H B qui exsistit Trigesimus a centro A numeratus. Hic meridianus delineandus per partem diametri, A, idque ex centro F (in diametro prolongata reperto,) secundum magnitudinem radii sive semidiametri FH. In tabula subjecta quantitas partitionis diametri AH, reperitur parti 26794. distantia centri, F, à centro instrumenti, A, exsistit 173205 part. nec non & semidiameter sive radius FH datur partiũ 200000; & hæc in partibus qualium instrumenti semidiameter A B 100000 continet. Porro eadem semidiametro ex centro G describes trigesimum oppositum meridianũ: nec non eadem semidiameter mensuretur a centro A in altera diametro C B prolongata, & invenies ibidem centrum ex quo 30 parallelus delineandus.]

Tabula continens partitiones semidiametrorum planisphærii Catholici, nec non & semidiametros & centra meridianorum parallelorumque, idque in partibus qualium semidiameter extimi meridiani 100000 continet.

	partitiões diametrorum.	*Centra merid. et Semidiamet. parallelorum.*	*Centra parallel. & semidiamet. meridianorum.*
1	872	5728998	5728820
2	1745	2863624	2865371
3	2618	1908112	1910730
4	3492	1430066	1433558
5	4366	1143005	1147371
6	5240	951436	956676
7	6116	814435	820551
8	6992	711537	718529

9	7870	631374	639244
10	8748	567128	575876
11	9628	514455	543083
12	10510	470462	480973
13	11393	433147	444540
14	12278	401078	413356
15	13165	343205	356370
16	14054	348741	362795
17	14945	327085	342030
18	15838	307768	323606
19	16734	290421	307155
20	17632	274747	292380
21	18533	260508	307155
22	19438	247508	266946
23	20345	235585	255930
24	21256	224603	245859
25	22169	214450	236619
26	23086	205030	228116
27	24007	196261	220268
28	24932	188072	213005
29	25862	180404	206265
30	26794	173205	200000
31	27732	166427	194159
32	28674	160033	188706
33	29621	153986	183607
34	30573	148256	178829
35	31529	142814	174343
36	32491	137638	170130

37	33459	132704	166163
38	34432	127994	162426
39	35411	123489	158900
40	36397	119175	155572
41	37388	115036	152424
42	38386	111061	149447
43	39391	107236	146627
44	40402	103553	143955
45	41421	100000	141421
46	42447	96568	139016
47	43481	93251	136732
48	44522	90040	134562
49	45572	86928	132500
50	46630	83909	130540
51	47697	80978	128675
52	48773	78128	126901
53	49858	75355	125213
54	50952	72654	123606
55	52056	70020	122076
56	53170	67450	120621
57	54295	64940	119235
58	55430	62486	117917
59	56577	60086	116663
60	57735	57735	115470
61	58904	55430	114334
62	60086	53170	113257
63	61280	50952	112232
64	62486	48775	111260

65	63707	46630	110337
66	64940	44522	109463
67	66188	42447	108635
68	67450	40402	107853
69	68728	38386	107114
70	70020	36397	106417
71	71329	34432	105761
72	72654	32491	105146
73	73996	30573	104579
74	75355	28674	104029
75	76732	26794	103526
76	78128	24932	103061
77	79543	23086	102630
78	80978	21255	102234
79	82433	19438	101870
80	83909	17632	101542
81	85408	15838	101246
82	86928	14054	100982
83	88472	12278	100750
84	90040	10510	100550
85	91633	8748	100381
86	93251	6992	100243
87	94869	5240	100109
88	96568	3492	100061
89	98269	1745	100014
90	100000		

4 De descriptione Dorsi, sive posterioris planisphærii partis.

POsterior corporis planisphærii pars vulgo appellari solet dorsum, in quo continentur limbus & volvellum.

Limbus divisus est in 360 gradus, quemadmodum faciei limbus: Sed hic duo conspiciuntur numerorum ordines; nam in superiore ejus parte continentur 24 horarum numeri latinis characteribus signati, idque a termino horæ 12 diei, usque ad 12 horam mediæ noctis, & eodem modo inde procedendo usque ad 12 horam diei; quarum hæ sunt antemeridianæ: illæ vero pomeridianæ horæ.

In inferiore Limbi parte omnes æquinoctialis 360 gradus ordine per numerorum decades exprimuntur, & hæc de Limbo.

Volvellum seorsum in tabula plana & rotenda construitur, unde dorsi pars infra Limbum contenta excavari debet, ut commode in ea volvellum jacere & circumvolvi possit.

Inscribuntur porro volvello signa Zodiaci & menses Romani cum suis diebus, qui singulis zodiaci gradibus respondent: stellæ item cæli illustriores & usui commodiores cum ascriptis

scriptis nominibus et numeris declinationum earundem. tandem horæ inæquales cum scala Altimetra.

Huic parti superimponitur index mobilis cum pinnacidiis, quem dioptram vocant, quæ in centro circa clavem horizontalis lineæ, qui hic eminet, circumvolubilis erit.

Sequitur inscriptio posterioris planisphærij partis.

§ De inscriptione zodiaci.

[Primo ad exteriorem volvelli partem, ex centro ejus, constituantur peripheriæ quatuor venusto ordine dispositæ. Vt nempe in eis nomina signorum zodiaci cum suis characteribus, singuli quoque ejus gradus cum numeris graduum commode inscribi possint. Circuli duobus diametris in centro orthogonalibus in quatuor quadrantes dirimantur. Deinde volvellum dorso planisphærii excavato ita imponatur ut diametri ejus cum limbi diametris ad amussim respondeant, ofarmeturque ne situ hoc suo dimoveri possit.

His ita præparatis, usui nobis erit tabula ascensionis rectæ quinorum graduum zodiaci, quam hic subjicimus.]

Tabula ancensionis rectę pro quinis zodiaci grad.

Aries.			*Leo.*			*Sagittarius.*		
0	0	0	0	122	12	0	237	48
5	4	35	5	127	22	5	243	3
10	9	11	10	132	28	10	248	21
15	13	48	15	137	29	15	253	42
20	18	27	20	142	25	20	259	7
25	23	9	25	147	18	25	264	33
30	27	54	30	152	6	30	270	0
Taurus.			*Virgo.*			*Capricornus*		
0	27	54	0	152	6	0	270	0
5	32	42	5	156	51	5	275	27
10	37	34	10	161	32	10	280	53
15	42	31	15	166	12	15	286	17
20	47	32	20	170	49	20	291	39
25	52	38	25	175	25	25	296	57
30	57	48	30	180	0	30	302	12
Gemini.			*Libra.*			*Aquarius.*		
0	57	48	0	180	0	0	302	12
5	63	3	5	184	35	5	307	22
10	68	21	10	189	11	10	312	28
15	73	43	15	193	48	15	317	29
20	79	7	20	198	27	20	322	25
25	84	33	25	203	9	25	327	18
30	90	0	30	207	54	30	332	6
Cancer.			*Scorpius.*			*Pisces.*		
0	90	0	0	207	54	0	332	6
5	95	27	5	212	42	5	336	51
10	100	53	10	217	34	10	341	33
15	106	17	15	222	31	15	346	12
20	111	39	20	227	32	20	350	49
25	116	57	25	232	38	25	355	25
30	122	12	30	237	48	30	360	0

Officio huius tabulæ gradus zodiaci cum suis signis inscribentur hoc modo.

[Initium Arietis statuendum ad diametrum volvelli transversalem, ubi est hora 6 limbi pomeridiana, a qua etiam hora numeri graduum æquinoctialis in limbo ordine suo incipiunt. Porro ad ejusdem signi quintum gradum inscribendum, numerabis in limbo ascensionem rectam quinti gradus arieti, qua est secundum tabulam nostram 4 gr. 35'. deinde regula ex centro instrumenti ibidem appolita, quintum gradum arietis, lineola brevi deducta, in medio peripheriarum inscriptarum spatio signabis. Similiter regula ex eodem centro ad 10 gradus arietis ascensionem rectam in limbo numeratam, promota, quæ secundum tabulam est 9 11', signabis itidem decimum arietis gradum linea paxillum longiore deducta. Atque ita consequenter alios hujus, & subsequentium signorum gradus quinos secundum eandem tabulam notabis: quo facto unum quodque horum intervallum in quinque æquales partes secernes. Postmodum numerorum decades, nomina, characteresque signorum locis congruentibus adscribes.]

6 De anni mensibus mensiumque diebus, volvello inscribendis.

QVemadmodum zodiacum, gradusq; ejus omnes, ex ascensionibus rectis in tabula repertis, per limbi gradus volvello inseruimus; ita quoque anni menses, mensiumq; dies singulos, per gradus Zodiaci exaratos, beneficio tabulæ sive ephemeridis solis (qualem Tomo 3 cap. 1 exhibemus) inscribemus.

[Constituenda itaque infra zodiacum similis peripheriarum contextura, ut nomina mensium, dies, & numeri dierum eis commode inscribi possint.]

Quorum inscribendorum hæc erit ratio.

[Initio facto a primo mense Ianuarii quære ex ephemeride Solis cap. 1. Tom 3. quis zodiaci gradus initio Ianuar. respondeat, offert sese 10 gr. 10' ♑: eosdē hosce gradus cum suis minutis in zodiaco volvelli quæres, & regula ibidem ex centro admota notabis principium Ianuarii. Similiter ad quintum diem Ianuarii inferendum, quia quinto diei in tabula respondet 15 gr. 23' ♑, numerabis eosdem gradus & minuta in zodiaco, & regula adhibita exarabis ibidem 5 diem Ianuarii. Porro ad 10 Ianuar. diem inscribendū regula ex centro promovebitur ad 0. gr. 16 ♒ uti tabula docet. Et sic consequenter alios tum hujus tum reliquorum mensium quinos dies, secundum eandem tabulam, annotabis. Deinde singula quinorum dierum spatia in 5 æquales partes distribues. Tandem numerorum decades, ubi usus tuerit idemque nomina mensium, locis congruentibus, inscribes.]

7. De inscriptione stellarum.

Stellæ fixæ tum illustriores, & usui commodiores, volvello inseruntur ex tabula ascensionum rectarum & declinationum earundem, qualis extat in Tomo 1 pag. 89.

[Volvello enim in priore adhuc situ existente numerabis in limbo ascensionem rectam stellæ volvello inferendæ: deinde ex centro instrumenti ad numerationis finem regula admota, duces lineam obscuram & deletilem; in hac enim, ubi commodissimum videbitur, asterismus faciendus cum signatura literæ cujusvis alphabeti,

phabeti, & infra asterismum nomen stellæ sub eadem signatura, cum numero declinationis ejusdem inscribendum.]

8 De inscriptione horarum inæqualium.

[Inscriptio horarum inæqualium talis est. Ex centro volvelli describitur semiperipheria: quam semidiameteri volvelli in duos quadrantes dirimunt. Porro eædem semidiameteri peripheriæ scriptæ comprehensæ in 12 partes æquales dividantur, & per singulas distinctionum notulas ex eodem centro semiperipheriæ obscurę deletiles constituantur, quas simul prędictę semidiameteri in duos quadrantes distinguunt. Horum quadrantum singuli & quivis, per eandem & communem circini aperturam, in partes æquales secernantur. Verbi gratia. Quadrantes exterioris peripheriæ dirimantur singuli in partes æquales 12. Deinde per eandem circini aperturam dividantur duo quadrantes peripheriæ proxime subsequentis, in partes æquales 11, & deinceps proxime subsequentis in partes 10, & sic consequenter. Postmodum per respondentes distinctionum notulas lineæ curvæ productæ exhibent lineas horarũ inæqualium: quibus circumscribatur limbus in 12 horas æquales divisus, quas ulterius in decimas minutorum subdividere licebit.]

9 Sequitur descriptio alterius volvelli, quod vulgo araneam sive rete vocant.

VOlvellum hoc appellant Rete sive Araneam, ob similitudinem quam habet cum rete sive tela aranii, est enim mira quadam fabrica insculptum & terebratum, continet in se Zodiacum, & stellas quasdam cæli fil-

gentiores, quorum inscriptio sequitur.

[Præpara tibi tabulam planam, tenuem & rotundam, ut dorso astrolabii excavato commode imponi & circumvolvi possit, in qua ex centro A ad exteriorem ejus partem circumscribatur peripheria, quæ circulum tropici capricorni referet, eumque duabis diametris B C & D E, in centro A orthogonalibus, quadrabis: deinde tabellam dorso planisphærii excavato imponito: sic ut diametri ejus cum limbi diametris exactè respon-



deant, obfirmeturque ne situ hoc suo facile dimoveri possit. His ita constitutis. Numerabis in limbo a puncto meridiei. B, ortum versus maximam solis declinationem utpote 23½ gr. ad quod ex centro, A, exeat linea obscura

obscura & deletibis A F, secans tropicum capricorni ad punctum F. Qui & orientis puncto, E, aptata regula secabit eadem diametrum, B C, ad punctum, G, ad quod officio circini ex centro limbi A describe circulum æquinoctialem, qui secabit lineam declinilem, A F, ad punctum M. & diametrum D E ad punctum L, jungatur regula ad M & L puncta, quæ transit diametrum, B C, ad punctum, O, ad quod ex centro, A, circulo descripto, erit is tropicus cancri. Hisce circulis ita descriptis, in diametro B C, quæres per circinum centrum medium inter punctum septentrionale tropici cancri, & meridionale tropici capricorni, centrum illud medium sit P, ex quo per eandem circini expansionem describes circulum, qui exacte transeat æquinoctialem ad V & L puncta, circulus hic repræsentat viam solis sive ecliptican, quare restricto paulum circino ex eodem centro, P, describe alium circulum eclipticæ viciniorem pro singulis nempe, eclipticæ gradibus: & iterum restricto circino duc tertium pro numero graduum: & tandem quartum pro nominibus & characteribus 12 signorum inscribendis. Et hæc de inscriptione zodiaci, qui in partes & signa distribuendus per tabulas ascensionum rectarum, ad eundem prorsus modum ut in volvello priori factum fuit. principium enim arietis statuendum in linea orientis ad punctum occasus, V. hoc est ad horam 6 limbi pomeridianam. Deinde ad ejusdem signi quintum gradum inscribendum, numerabis in limbo ascensionem rectam 5 gr. ♈, quæ est in tabula 4, 35', deinde regula ex centro instrumenti ibidem apposita, signabis quintum gradum arietis: & sic consequenter ut supra docuimus.]

Et hæc de inscriptione zodiaci. Stellæ fixæ illustriores, & usui commodiores inseruntur volvello huic per declinationes & asc. rectas earundem, de quibus extat tabella pag. 89.

Tom. 1. deinde requiritur ad præsens negotium index, qui circa centrum A volubilis in linea ostensoria (quam & fiduciæ lineam appellant) gradus declinationum continet, quorum ordo ab æquatore tam versus austrum, quam septentrionem procedit. Gradus autem illi hoc modo inveniuntur.

[In plano aliquo seorsum ex centro assumpto scribe circulum idq; secundum æquinoctialis in volvello descripti justam magnitudinem, eumque quadrabis duabus B C & D E diametris: diameter B C ultra signum B erit promissa. Deinceps duo quadrantes D B & B E singuli in 90 partes æquales dividantur. Postmodum regula admota ad punctum D & singulos divisionis terminos, signabis ad regulæ contactum singulas in B C

diametro intersectiones: namque sunt gradus declinationum quæsiti, quorum qui sunt a signo ♑ versus centrum decrsum, erunt septentrionales, sed quę extra circulum sursum assurgunt a ♑ incipiendo sunt australes, & horum australium tantummodo 10 gr. assumuntur, reliqui sunt inutiles. Tandem officio circini traducito gradus horæ in indicem ad lineam fiduciæ, quibus solito more numeros denariorum adscribe, incipiendo ab æquinoctiali utrinque tam in partem australem quam septentrionalem.]

Officio hujus indicis stellas facillimo negotio collocabis in volvellum.

Exempli gratia.

[Propositum est inscribere stellam fixam quæ dicitur Sirius sive canis major. Ascensio recta hujus stellæ in tabula reperitur 97 gr. 15'. Hosce a centilionũ gradus numerabis in limbo ab hora 6 pomeridiana incipiendo, utpote secundum numerorum seriem, termino numerationis admove indicem, in cujus gradibus quære deinceps declinationem ejusdem stellæ quæ est in tabula 15 grad. 16' Australis: quare in indice hos declinationum gra. ab æquatore sursum numerabis, & ibidem erit situs sive cacumen stellæ.]

Sequitur lemma nobilissimum, cujus solius beneficio problemata Astronomica, sequentia nono proposita, per circinũ et regulã solvũtur.

LEMMA.

In data sive descripta circuli peripheria arcum quotlibet gradus graduumque partes complectentem numerare sive constituere: Et contra quot gradus graduumque partes in quovis arcu peripheriæ datæ

contineantur cognoscere, etiamsi data peripheria in gradus divisa non sit.

Hoc lemma proponitur a Cristophoro Clavio mathematico solertissimo in Astrolabio *de quo volumen doctissimum conscripsit, idemque absolvit per plurimas quadrantes in eadem planitie descriptas. verum multo expeditius hoc negotium perficietur per semicirculum ad id præparatum, cujus schema hic ostenditur, ejusque descriptionem exhibuimus suo finem Tomi 1 pagina 237. Per usum itaque hujus instrumenti propositum Lemma omnium facillime exsequeris ut sequitur.*

[Sit peripheria descripta cujus diameter A B per centrum C ducta, in qua ab eadem diametro numerando assumendus, sit arcus 58 gr. id quod sæpissime in sequenti tomo faciendum erit, fiet autem hoc modo. Semicircu-

lus

lus præparatus ita peripheriæ descriptæ accommodandus erit, ut latus ejus rectum peripheriæ diametro A B:



nec non & centrum centro respondeant. Deinde inter partes semicirculi divisas, incipiendo ab A B diametro, arcum propositum 58 gr. numerato, & terminus numerationis signetur litera H. postmodum, semicirculo remoto, ex centro peripheriæ C & per signaturam H educenda recta C H quæ secabit periph. datam in F: unde arcus ejus B F 85 gr. continebit. estq; primum lemmatis membrum absolutum.

VICISSIM, si desideras scire quot gradus arcus B F in peripheria data comprehendat: educes ex centro C per terminum F lineam C H. Deinde semicirculo centro suo juxta modum præscriptum ad diametrum A B accommodato, considerabis quotum gradum, a diametro numeratum, linea C H semicirculi peripheriæ pertranseat. Numerus enim ille gradum propositum peripheriæ arcum B F mensurabit.]

TRACTATVS BREVISSIMVS

TRIGONOMETRIAE ASTRONOMICAE:

In partes tres distinctus, quarum prima agit

De generibus & affectionibus Triangulorum.

1. *Trigonometria astronomica est doctrina de resolutione Triangulorum.*

2. *Resolutio Triangulorum est quæ ex datis tribus quibuscunque vel angulis & lateribus, sive puris sive mixtis, reliqua latera incognita investigat.*

[Dimentio Trianguli potest dici duplex Geodetica & Astronomica. Geodetica est de investigatione areæ ipsius. Astronomica est de investigatione laterum & angulorum ex tribus tamen datis & cognitis. Vt autem proportionis aurea regula ex datis & concessis tribus numeris, quartum ignotum exhibet: sic hæc doctrina ex datis & concessis tribus, non unum ignotum, sed tria reliqua in proposito solvendoque triangulo reperit & explorat.]



3 Trian-

3. *Triangulum est figura tribus lateribus tres angulos comprehendens.*

[Vt figuræ A B C & D E F.]

4. *Triangulum est vel rectilineum vel sphæricum.*

5. *Rectilineum cujus tria latera sunt lineæ rectæ.*

[Vt figura D E F.]

6. *Sphæricum cujus tria latera sunt segmenta sive arcus trium maximorum sphæræ circulorum singulatim semicirculo minores.*

[Vt figura A B C.]

In Triangulo tum sphærico tum rectilineo primo consideramus partes.

7. *Trianguli partes sunt latera et anguli.*

8. *Latera trianguli rectilinei sunt lineæ rectæ; sed sphærici trianguli Latera (ut dictum) sunt maximorum circulorum arcus, sive segmenta singulatim semicirculo minora.*

9. *Circulus sphæræ maximus est, qui sphæram circa centrum ambiens eam in duo æqualia hæmisphæria secat, adeoque per quadrantem maximi itidem circuli a suis polis distat.*

[Notandæ hic sunt tres proprietates, quibus circulus maximus a minori differt. Primo circa centrum sphæram ambit. 2. Sphæram in æqualia hemisphæria secat. 3. A suis polis per circuli maximi quadrantem distat.]

Axiom

Axioma de circulis.

10. *Si maximus sphæræ circulus per maximi polos transeat, ipsi normalis est, & contra 20 p. 3. Regiom.*

Distinctio laterum.

11. *Distinguuntur trianguli latera in crura & basin.*

12. *Crura sunt duo latera angulum aliquem comprehendentia.*



[Vt latera AB & AC cõprehendentia angulum BAC dicuntur ejusdem anguli crura: sic latera AB & BC sunt crura anguli ABC: itemque latera AC & CB sunt crura ang. ACB.]

13. *Basis est latus angulo oppositum, quem proprie subtendere dicitur.*

[Vt latus BC subtendens angulum sibi oppositum BAC ejusdem basis erit: sic latus AC est basis anguli B: & latus AB basis anguli C.]

14. *Latera ejusdem trianguli, sive sphærici sive recti linei, majora majores angulos subtendunt: subintellige, & minora minores; & æqualia æquales.*

15. *Trianguli duo quælibet latera sunt majora reliquo 37 p. 3 Regiom.*

16. *Trianguli sphærici tria latera sunt minora duobus semicirculis 39 p. 3 Regiom.*

17. *Tri-*

De Angulis.

17. *Angulus est figura duobus cruribus comprehensa.*

Mensura Anguli.

18. *Anguli amplitudinem in sphærico Triangulo mensurat arcus maximi circuli ex angulo tanquam polo descripti, inter crura quadrante tenus continuata interceptus* 34 *p.* 4 *Regiom.*



[Vt in triangulo sphærico ABC, basis BC non mensurat angulum BAC, sed arcus ED interceptus inter crura AB & AC quadrante tenus, usq; nimirum ad pũcta, D & E prolongata, vide Regiom. 34. 4. item 4. p. 5.]

In Triangulis rectilineis nulla cruriũ continuatione opus.



[Vt in triangulo rectilineo ABC angulum A mensurat arcus peripheriæ DE ex puncto angulari, A, descriptæ.]

Divisio anguli.

19. *Angulus est vel rectus vel obliquus.*

20. *Angulus rectus est, cujus amplitudo est quadrans circuli sive* 90 *gr.*

21. *Angu-*

21. *Angulus obliquus, est vel obtusus, vel acutus.*

22. *Angulus obtusus, cujus amplitudo est arcus quadrante major.*

23. *Angulus acutus, cujus amplitudo est arcus quadrante minor.*

De complementis angulorum.

24. *Complementum anguli acuti est quod ipsi ad 90 gr. deest.*



[Vt angulus, BAC, sit 20 gr. erit complementum ejus 70.]

25. *Anguli obtusi complementū est quod ipsi deest ad duos rectos, hoc est, ad 180. gr.*

[Vt angulus, ACB obtusus sit 100 gr. erit complementum ejus 80.]

26. *Idem quoque intelligi debet de laterum complementis trianguli sphær.*

27. *Si maximus circulus, cum circulo maximo concurrens, angulos facit; aut duos rectos, aut duobus rectis æquales efficiet.*



[Vt C D circulus concurrat circulo A B utpote ad punctum D; anguli itaque ADC & CDB si non sunt recti, erunt tamen simul sumpti duobus rectis æquales.]

Idem

Idem quoq; intelligi debet, de lineis rectis.

28. *Angulorum ex concursu maximorum circulorum vel linearum rectarum factarum alter ad alterius est complementum ad duos rectos.*

[Vt angulus CDB est complementum ad duos rectos ipsius ADC anguli & vice versa. Vnde si angulus CDB est 80 gr. erit ADC 100.

29. *Pari ratione circulus maximus, circulum itidem maximum, & linea recta lineam itidem rectam intersecans: efficiet quatuor angulos rectos, aut quatuor rectis æquales: quorum qui sunt verticales & per crucem oppositi, sibi mutuo æquantur.*



[Vt in intersectione circulorum A B & C D, quatuor anguli A E D, D E B: B E C & C E A erunt aut 4 recti, aut 4 rectis æquales: insuper anguli D E B & A E C, qui sunt per crucem oppositi, invicem æquantur: quemadmodum quoque anguli A E D & C E B.]

30. *Si anguli sphærici crura continuata concurrant, angulum comprehendent prædicto æqualem, & continuata illa crura erunt semicirculi.*



[Vt

[Vt anguli BAC crura AB & AC in puncto concursus, D, continuata: comprehendent angulum BDC angulo prædicto BAC æqualem: insuper ABD & ACD erunt semicirculi]

31. *Trianguli sphærici tres anguli sunt duobus rectis majores, & 4 rectis minores.* 49 *p.* 3 *Regiom. Cæterum Trianguli rectilinei tres anguli æquantur semper duobus rectis.*

Hactenus de partibus, sequitur de totis triangulis & primum de Sphæricis.

32. *Si trium maximorum sphæræ circulorum segmenta sive arcus, singulatim semicirculo minores, concurrunt, constituunt triangulum sphæricum tribus lateribus & tribus angulis comprehensum.*

[Patet hoc ex definitione, ideoque nullum est triangulum sphæricum aliud nisi isto modo constitutum.]

33. *In dimentione tamen sphæricorum triangulorum saltem ea solvuntur triangula, quorũ tria latera, vel ad minus duo principalia sunt singulatim quadrante minora.*

34. *Si in triangulo proposito duo vel tria latera singulatim quadrantibus fuerint majora: quærendum erit triangulum minus ei oppositum.*

35. *Triangulum sphæricum quodlibet, ex quovis angulari puncto, habet oppositum sibi trian-*

triangulum aliud (quando nempe crura illius anguli ad concursum usq; continuantur.) Cujus basis est eadem, & anguli basis sunt æquales. Reliquæ partes sunt partium prioris trianguli complementa ad semicirculum.



[Vt in triangulo ABC ex puncto angulari A crura AB & AC continuata ad punctum concursus, D: efficiunt oppositum sibi triangulum minus BDC, cujus eadem est basis BC, & anguli ad A & D æquales per 30 hujus. Latera vero BD & CD sunt laterum AB & AC complementa ad semicirculos per eundem. Anguli denique DCB & DBC sunt angulorum ACD & ABC ad duos rectos complementa per 28.]

36. *Trianguli sphærici anguli in latera & contra permutari possunt, assumpto pro angulo maximo ejusdem ad duos rectos complementa.*

[Vt in diagrammate duo conspiciuntur triangula ABC & DEF. quorum anguli unius permutati sunt in latera alterius & vice versa: Namq; latera trianguli DFE singulatim æquantur angulis trianguli ABC pro angulo tamen obtuso & maximo, qui est ad B, complemento ejus ad duos circulos assumpto: & vice versa latera trianguli ABC æquantur angulis trianguli DFE pro angulo DFE maximo ejus complemento AFO assumpto.]



Demonstratio Geometrica hæc est.

[In triangulo ABC amplitudinem anguli A mensurat arcus HG atque amplitudinem anguli C, mensurat arcu NO per 18 hujus. Denique angulum B acutum (qui complementum est anguli B obtusi, & in dato triangulo maximi) mensurat arcus IK.

Porro in triangulo DEF, latus FE æqualis est arcui GH mensuræ anguli A, quia EG & FH sunt ejusdē circuli quadrantes, & commune eorum complementum est EH: similiter latus DF æquatur arcui NO mensuræ anguli C, quia FO & DN sunt ejusdem circuli quadrantes, & commune eorum complementum est FN.

Latus denique DE æquale est arcui IK sive mensuræ anguli acuti B, quia DE & EK sunt quadrantes quorum commune complementum est EI.

Ergo latera trianguli DFE æquantur angulis trianguli ABC pro angulo ABC maximo ejus complementa IK assumpto. Conversa hujus pars eadem ratione demonstratur. Latus enim AC æquatur arcui HO mensuræ

suræ anguli HFO & complementū obtusi DFE. Nam & AH & CO sunt quadrantes, commune complementū est CH: Latus AB æquatur arcui QP mensuræ anguli DEF, nam BQ & AP sunt quadrantes, quorum commune complementum AQ: Latus denique BC æquatur IN mensuræ anguli EDF, sunt enim quadrantes. BI & CN & commune eorum complementum CI. Quare anguli trianguli sphærici in latera, & vicissim. Latera in angulos permutata sunt. Assumpto &c. Quod erat demonstrandum.]

Divisio Trianguli sphærici.

Triangulum sphæricum est: aut rectangulū: aut obliquangulum.

37. *Triangulum sphæricum rectangulum est quod aut unum habet angulum rectum: aut plures uno, utpote duos aut tres.*

Axiomata.

38. *Si triangulum sphæricum tres habuerit angulos rectos, latera ejus singulatim erūt circuli quadrantes, & contra. De his igitur nulla erit resolutio.*

39. *Si triangulum sphæricum duos habuerit angulos rectos, latera duos angulos rectos subtendentia erunt singulatim quadrantes, & contra. Tertium vero latus erit quadrante majus aut minus, prout angulus tertius fuerit obtusus, aut acutus.*

[Namque latus illud est prædicti anguli mensura per 17 hujus.]

40. *Triangulum rectangulum unum saltem habens angulum rectum, triplicis est differentiæ: aut enim est cum duobus acutis.*



[Vt triang. ABC.]

Aut cum duobus obtusis.

[Vt triang BDC]

Vel cum obtuso & acuto.

[Vt triang. C E D. Angulos enim A & D ponimus esse rectos.]

41. *Trianguli rectanguli sphærici cum duobus angulis acutis latera singula sunt quadrantibus minora.*

[Vt apparet ex triangulo BA^,]

42. *Trianguli rectanguli cum duobus obtusis crura anguli recti sunt singulatim quadrantibus majora: basis vero ejusdem quadrante minus.*

[Vt videre est in triang. BDC.]

43. *Trianguli rectanguli cum obtuso & acuto crura anguli acuti sunt quadrantibus majora. Basis ejusdem anguli acuti est quadrante minus.*

[vt in triang. ECD.

44. *Sed in dimensione triangulorum rectangu-*

ctangulorum ſaltem ea ſolvuntur triangula, quorum tria latera ſunt ſingulatim quadrantibus minora qualia ſunt primi generis: quæ ſunt cum duobus acutis.

Vnde pro reliquorum ſolutione quærendum erit triangulum aliud minus, quod dato triangulo eſt oppoſitum & ſimile per 34 hujus.

45. *Triangulum rectangulum cum duobus obtuſis habet ex angulo recto oppoſitum ſibi triangulum tum duobus acutis; & quibuſcunque tribus in alterutro horum triangulorum datis, in altero ignorari non poſſunt.*



[Vt triangulũ BDC rectang. ad D, obtuſi angulum ad duos B, & C, angulos: habet oppoſitum minus triangulum BAC rectangulũ ad A, cum duobus acutis B & C angulis: Atque in triangulo majori quibuſcunque tribus datis, etiam tria in triangulo minori data erunt & contra. Namq; partes unius trianguli ſunt partium alterius ad duos ſemicirculos complementa per 35. hujus]

46. *In Triangulo rectangulo cum obtuſo & acuto: opponitur ex angulo acuto triangulum rectangulum minus, quod duos habet acutos, & quæcunque ſunt in alterutro horum data, in altero non ignorantur.*

[Vt in triangulo EDC fingatur angulus D rectus, angulus C acutus, & angulus ad E obtusus, huic triangulo ex angulo acuto C opponitur triangulum EDF minus, cujus angulus D erit rectus, reliqui duo ad E & F acuti: & quæcunq; illic sunt data, hic non ignorantur. Namque anguli oppositi C & F sunt æquales. & angulus acutus FED, est complementum anguli obtusi CED ad duos rectos: insuper quoque latera FE & FD sunt iterum CE & CD ad semicirculos complementa per 35 hujus.]



De Triangulis obliquangulis sphæricis.

47. *Triangulum sphæricum obliquangulum est, quod tres habet angulos obliquos: estque triplicis differentiæ.*

Constat enim aut ex puris acutis, vel obtusis: vel ex his mixtis.

48. *Triangulo sphærico pure acutangulo opponitur triangulum sphæricum cum duobus obtusis, & uno acuto.*

[Vt in diagrammate Trianguli ABC angulus A fingatur acutus: erit in opposito sibi Triangulo BDC angulus D acutus, & anguli ad B, & C, obtusi.]

49. *Triangulo sphærico pure obtusangulo op-*

lo opponitur triangulum sphæricū cum duobus acutis, & uno obtuso, & contra

[Vt in triangulo sphærico BDC, si ponatur angulus D obtusus, ei oppositum triangulum erit cum uno angulo ad A obtuso, & cum duobus ad B & C acutis]

Hactenus de sphæricis Triangulis, sequitur de planis rectilineis.

50. *Quando in planitie quadam tres lineæ rectæ finibus suis se mutuo contingunt. Constituunt triangulum rectilineum tribus lateribus & totidem angulis comprehensum.*

[Patet hoc ex 3 prop.]

51. *Triangulum rectilineum est aut rectangulum aut obliquangulum.*

52. *Rectangulum quod unicū habet angulum rectum.*

[Namque in uno rectilineo triang. duo anguli recti dari non possunt, ut in sphærico, quod patet ex 31 prop.]

53. *Obliquangulum triang. est quod tres habet angulos obliquos.*

54. *Estque vel obtusiangulum: vel acutiangulum. obtusiangulum triangulum est quod unicum habet angulum obtusum: acutangulum est cujus tres anguli sunt acuti.*

TRACTATVS

TRIGONOMETRIAE ASTRONOMICAE,

Pars secunda, de resolutione triangulorum Sphæricorum per Planisphærium.

De resolutione rectangulorum.

IN triangulis Sphæricis rectangulis, non nisi illa solvuntur triangula, quæ præter rectum duos habent acutos, quorum proinde latera sunt singulatim quadrantibus minora. Namque in triangulis quæ duos aut tres habent angulos rectos, omnia per se innotescunt, per 38, 39 p. 1 hujus.

Deinde pro triangulo rectangulo habente unum vel duos obtusos, quia in eis duo sunt latera singulatim quadrantibus majora per 42 & 43 p. 1. Solvendum erit oppositum ei triangulum minus, quidquid enim in hoc fuerit datum, in illo non ignoratur per 46 & 45 p. 1 hujus.

Probl.

Problema 1.

In triangulo Sphærico rectangulo data basi anguli recti cum angulo alterutro: ipsa latera, & angulum acutum reliquum indagare.



[Sit pro exemplari institutione triangulum Sphæricū ABC rectangulum ad C, qui est 90 gr. per 20 p. 1 hujus. Insuper detur anguli recti basis AB 60 gr. angulus quoque A acutus sit $23\frac{1}{2}$. Reliqua tria ejusdem trianguli nempe AC & BC latera, cum angulo acuto altero ABC, per planisphærium hoc modo explorabis.]

Numera in gradibus limbi a parallelo recto versus polum angulum datum BAC $23\frac{1}{2}$, *ad finem numerationis regula horizontali admota, numerabis in ejusdem partibus, idq; a centro versus extremitatem, basin datam AB* 60 *gr. & mox inter parallelos a recto sive æquatore, usque ad hoc numeratum in horizonte punctum, habebis mensuram lateris angulum datum subtendentis BC* $20\frac{1}{2}$. *Insuper inter meridianos a recto usque ad idem numerationis punctum habebis alterum latus, quod dato angulo adiacet AC* $57\frac{3}{4}$.

reliqui B 77¼, & partes regulæ, quæ numerantur ab extremitate ejus, usque ad idem intersectionis punctũ, indicant latus quod angulum datum subtendit, nempe latus BC 20½.

Porro numerato in partibus regulæ sic quiescentis, a centro versus extremitatem ejus, basin datam AB 60, & terminus hujus numerationis ostendet inter parallelos latus alterum angulo dato AC adiacens, numerando ab æquatore gradus 57¼: & inter meridianos a recto extrorsum usque ad eundem terminum numerando, rursus indicatur latus B 20½. Hic operandi modus est planè conversus cum antecedenti.

Tertius modus.

Numera inter meridianos ab extimo introrsum amplitudinem anguli dati A 23½, & inter parallelos a polo deorsum basin AB 60 gr. regulam deinde ad communem circulorũ numeratorum contactum admove. Quæ isto modo continebit in suis partibus, ab extremitate usque ad contactus punctum numeratis, latus angulo dato oppositum BC 20½, & ostendet in gradibus limbi a polo numeratis latus alterum AC 57¼.

Manente

Manente porro regula in hoc situ, numera in partibus ejus a centro versus extremitatem amplitudinem anguli dati A 23½, & exhibebitur inter parallelos a polo usque ad terminum numeratum angulus acutus alter B 77¼, & inter meridianos a recto numerando denuo sese offert latus B C 20½.

Ex his tribus operandi modis omnis præterea triangulorum Sphæricorum rectangulorum resolutio perficitur, per modum permutationis.

Problema 2.

Trianguli Sphærici Rectanguli data anguli recti basi cum latere alteruito: latus reliquum, & angulos concludere.



[Exempli gratia, in triangulo Sphærico A B C rectangulo ad C (qui est 90 gr.) data basi AB 60 gr. cum latere B C 20½: latus tertium AC & angulos duos ad A & B hoc modo per planisphærium venaberis.]

Numera inter parallelos ab æquatore latus

tus datum BC $20\frac{1}{2}$ *gradum, noteturq; parallelus in quem finit numeratio. Deinde in partibus regulæ Horizontis, incipiendo a centro, supputa basin datam AB* 60, *moveaturque deinceps regula donec punctus numerationis ejusdem ad parallelum numeratum ducatur: Isto enim modo regula ostendet in gradibus limbi ab æquatore numeratis angulum dato lateri oppositum BAC* $23\frac{1}{2}$: *& inter meridianos a recto incipiendo, usque ad communem regulæ cum parallelo prædicto intersectionem, latus alterum AC* $57\frac{1}{4}$ *numerabitur.*

Porro regula manente immota, numera inter meridianos ab extimo introrsum datam basin AB 60 *gr. & contactus meridiani numerati cum regula horizontis ostendet denuo inter suas partes ab extremitate numeratas latus AC. Postmodum numerando parallelos, qui sunt a polo usque eundem meridiani cum horizonte contactum, cognosces angulum alterum B* $77\frac{1}{4}$. Deducta est hæc operatio ex 1. operat. probl. 1.

Alio modo.

Numera inter meridianos ab extimo introrsum basin datam AB 60. *Deinde in regula,*

gula, ab extremitate versus centrum, numera datum latus BC $20\frac{1}{3}$. *Promoveatur deinceps regula donec terminus istius numerationis ad meridianum numeratum perducatur, quæ mox in gradibus limbi ab æquatore versus polum angulum B, inter basin & latus comprehensum, nempe* $77\frac{1}{4}$ *indicabit: Atque inter parallelos a polo usque in eundem terminum angulus lateri dato oppositus A* $23\frac{1}{2}$. *habetur.*

Porro in partibus regulæ sic quiescentis numera, a centro versus limbū, basin datam AB 60. *Habebis inter parallelos a recto usque ad terminū numerationis latus AC* $57\frac{1}{4}$. Deducta hæc operatio ex 2 ratione problema 1.

Tertia Ratio.

Numera inter parallelos a polo basin datam AB 60: *similiter & in regula ab extremitate introrsum latus BC datum* $20\frac{1}{3}$. *Terminus huius numerationis in regula ad parallelum numeratum perductus, ostendet inter meridianos ab extimo numerando amplitudinem anguli, A, dato lateri oppositi* $23\frac{1}{2}$. *Et regula ostendet in gradibus limbi a polo numeran-*

merando latus reliquum AC $57\frac{1}{4}$.

Porro supputa inter meridianos a recto incipiendo latus BC datum $20\frac{1}{7}$, *& contactus meridiani numerati ostendet in partibus regulæ, a centro extrorsum numeratis, angulum lateri dato oppositum A* $23\frac{1}{2}$: *& inter parallelos a polo usque in idem intersectionis punctum habebis angulum alterum B* $77\frac{1}{4}$. Deducta est hæc operatio ex 3 ration. probl. 1.

Problema 3.

Dato latere quocunque cum angulo ei adjacente: & angulum alterum, & reliqua latera concludere.



[Vt pro exemplo in triangulo rectangulo ABC: latus AC datur $57\frac{1}{4}$ cum angulo adjacente A, $23\frac{1}{2}$. Angulus C rectus per se datus est 90 gr. Quare angulum alterum B, & reliqua AB & BC latera hoc modo concludes.]

Numera in limbo ab æquatore versus polum angulum A datum $23\frac{1}{2}$, *& regula horizontis ad terminum numerationis admota, numerabis inter meridianos incipiendo a recto, la-*

cto, latus datum AC $57\frac{1}{4}$, *& contactus meridiani numerati cum horizonte* ⌣, *in partibus ejusdem a centro numeratis, basin anguli recti AB* 60 *grad. ostendet, & inter parallelos, ab æquatore incipiendo, colliges latus reliquum, angulo dato oppositum B* $20\frac{1}{2}$.

Porro numera in horizonte ab extremitate sua introrsum latus datum AC $57\frac{1}{4}$, *& habebis ad hunc numerationis terminum inter parallelos a polo incipiendo angulum lateri dato oppositum B* $77\frac{1}{4}$, *& inter meridianos, similiter ab extimo incipiendo, colliges denuo basin anguli recti AB* 60 *gr. Primum hujus problematis membrum est permutatum ex* 1 *ratione* 1 *prob. posterius vero membrum est inversum* 2. *rationis* 1. *problematis.*

Secunda ratio.

Numera in gradibus limbi a polo versus æquatorem latus datum AC $57\frac{1}{4}$, *& fini numerationis admota regula horizontis, supputabis inter meridianos ab extimo introrsum angulum datum A* $23\frac{1}{2}$, *notando diligenter meridiani hujus cum horizontali linea intersectionem. Partes enim regulæ ad hanc usque intersectionem ab extremitate numerate,*

ratæ, exhibent mensuram lateris datum angulum subtendentis BC $20\frac{1}{7}$.

Et paralleli, qui a polo usque eandem intersectionem numerantur, indicant basin anguli recti AB 60 grad.

Porro numera in partibus regulæ sic quiescentis a centro versus extremitatem angulum datum A $23\frac{1}{2}$, *& habebis in parallelos a polo usque ad hunc numerationis terminum, angulum BC, qui lateri dato opponitur* $77\frac{3}{4}$, *atque inter meridianos a recto numerando, denuo se offert latus angulo dato oppositum BC* $20\frac{1}{7}$. *Permutata est hæc operatio ex* 3. *rat.* 1. *prob.*

Tertia ratio, quæ est antecedenti inversa.

Numera inter parallelos a polo versus æquatorem angulum datum A $23\frac{1}{2}$, *& inter meridianos, parallelum numeratum in terfecantes, numera a recto meridiano incipiendo latus datum AC* $57\frac{1}{4}$: *ad punctum intersectionis meridiani cum parallelo admove regulam: quæ mox in limbo demonstrabit latus angulo dato oppositum BC* $20\frac{1}{7}$ *a polo numerando: Partes regulæ, quæ sunt a centro usque*

ad idem intersectionis punctum indicant angulum alterum, & lateri dato oppositum B 77¾.

Porro ab extremitate regulæ immotæ numera in partibus suis latus datum AC 57½, & denuo conspicies inter meridianos ab exitu introrsum numerando angulum B 77¾, & inter parallelos a polo ad idem usque numerationis punctum offert se basis anguli recti AB 60 gr.

Problema 4.

Dato latere quocunque, & angulo ei opposito: & basin, & latus, & alterum angulum colligere.



[Dentur in præscripto ABC rectangulo latus BC 20½, & angulus ei oppositus A 23½. Reliqua colligentur ad eundem prorsus modum, quemadmodum in problem. primo operati fuimus.]

Ratio 1.

Numera in gradibus limbi ab æquatore versus

versus polum angulum datum A $23\frac{1}{2}$, *& regula eo deducta, supputa inter parallelos ab æquatore incipiendo latus datũ BC* $20\frac{1}{3}$. *Intersectio hujus numerati paralleli cum horizonte ostendet in partibus ejus, a centro numeratis, basin anguli recti AB* 60 *gr. atque inter meridianos a recto incipiendo usque ad eandem intersectionem cognosces latus quod angulo dato adjacet AC* 57°.

Porro pro angulo altero B inveniendo, numerabis in partibus regulæ ab extremitate latus AC jam acquisitum $57\frac{3}{4}$: *& habebis inter parallelos a polo usque ad idem numeratum punctum angulum quæsitum B* $77\frac{3}{4}$.

Ratio 2.

Numera inter parallelos a polo versus æquatorẽ angulũ datũ A $23\frac{1}{2}$. *Deinde in regula ab extremitate introrsum numeretur latus datum BC* $20\frac{1}{3}$, *& hic terminus ad parallelum numeratum perductus ostendet inter meridianos ab extimo basin anguli recti AB* 60 *gradus: & regula indicabit in gradibus limbi ab æquatore amplitudinem anguli alterius B* $77\frac{3}{4}$.

TRACTATUS

TRIGONOMETRIAE ASTRONOMICAE,

Pars secunda, de resolutione triangulorum Sphæricorum per Planisphærium.

De resolutione rectangulorum.

IN triangulis Sphæricis rectangulis, non nisi illa solvuntur triangula, quæ præter rectum duos habent acutos, quorum proinde latera sunt singulatim quadrantibus minora. Namque in triangulis qua duos aut tres habent angulos rectos, omnia per se innotescunt, per 38, 39 p. 1 hujus.

Deinde pro triangulo rectangulo habente unum vel duos obtusos, quia in eis duo sunt latera singulatim quadrantibus majora per 42 & 43 p. 1. Solvendum erit oppositum ei triangulum minus, quidquid enim in hoc fuerit datum, in illo non ignoratur per 46 & 45 p. 1 hujus.

Probl.

Problema 1.

In triangulo Sphærico rectangulo data basi anguli recti cum angulo alterutro: ipsa latera, & angulum acutum reliquum indagare.



[Sit pro exemplari institutione triangulum Sphæricũ ABC rectangulum ad C, qui est 90 gr. per 20 p. 1 hujus. Insuper detur anguli recti basis AB 60 gr. angulus quoque A acutus sit $23\frac{1}{2}$. Reliqua tria ejusdem trianguli nempe AC & BC latera, cum angulo acuto altero ABC, per planisphærium hoc modo explorabis.]

Numera in gradibus limbi a parallelo recto versus polum angulum datum BAC $23\frac{1}{2}$, *ad finem numerationis regula horizontali admota, numerabis in ejusdem partibus, idq; a centro versus extremitatem, basin datam AB* 60 *gr. & mox inter parallelos a recto sive æquatore, usque ad hoc numeratum in horizonte punctum, habebis mensuram lateris angulum datum subtendentis BC* $20\frac{1}{2}$. *Insuper inter meridianos a recto usque ad idem numerationis punctum habebis alterum latus, quod dato angulo adiacet AC* $57\frac{3}{4}$.

reliqui B 77½, & partes regulæ, quæ numerantur ab extremitate ejus, usque ad idem intersectionis punctũ, indicant latus quod angulum datum subtendit, nempe latus BC 20½.

Porrò numerato in partibus regulæ sic quiescentis, a centro versus extremitatem ejus, basin datam AB 60, & terminus hujus numerationis ostendet inter parallelos latus alterum angulo dato AC adiacens, numerando ab æquatore gradus 57¼: & inter meridianos a recto extrorsum usque ad eundem terminum numerando, rursus indicatur latus B 20½. Hic operandi modus est planè conversus cum antecedenti.

Tertius modus.

Numera inter meridianos ab extimo introrsum amplitudinem anguli dati A 23½, & inter parallelos a polo deorsum basin AB 60 gr. regulam deinde ad communem circulorũ numeratorum contactum admove. Quæ isto modo continebit in suis partibus, ab extremitate usque ad contactus punctum numeratis, latus angulo dato oppositum BC 20½, & ostendet in gradibus limbi a polo numeratis latus alterum AC 57¼.

Manente

Manente porro regula in hoc situ, numera in partibus ejus a centro versus extremitatem amplitudinem anguli dati A 23½, & exhibebitur inter parallelos a polo usque ad terminum numeratum angulus acutus alter B 77¼, & inter meridianos a recto numerando denuo sese offert latus B C 20½.

Ex his tribus operandi modis omnis præterea triangulorum Sphæricorum rectangulorum resolutio perficitur, per modum permutationis.

Problema 2.

Trianguli Sphærici Rectanguli data anguli recti basi cum latere alteruito: latus reliquum, & angulos concludere.



[Exempli gratia, in triangulo Sphærico A B C rectangulo ad C (qui est 90 gr.) data basi AB 60 gr. cum latere B C 20½: latus tertium AC & angulos duos ad A & B hoc modo per planisphærium venaberis.]

Numera inter parallelos ab æquatore latus

tus datum BC 20½ gradum, noteturq; parallelus in quem finit numeratio. Deinde in partibus regulæ Horizontis, incipiendo a centro, supputa basin datam AB 60, moveaturque deinceps regula donec punctus numerationis ejusdem ad parallelum numeratum ducatur: Isto enim modo regula ostendet in gradibus limbi ab æquatore numeratis angulum dato lateri oppositum BAC 23½: & inter meridianos a recto incipiendo, usque ad communem regulæ cum parallelo prædicto intersectionem, latus alterum AC 57¾ numerabitur.

Porro regula manente immota, numera inter meridianos ab extimo introrsum datam basin AB 60 gr. & contactus meridiani numerati cum regula horizontis ostendet denuo inter suas partes ab extremitate numeratas latus AC. Postmodum numerando parallelos, qui sunt a polo usque eundem meridiani cum horizonte contactum, cognosces angulum alterum B 77¼. Deducta est hæc operatio ex 1. operat. probl. 1.

Alio modo.

Numera inter meridianos ab extimo introrsum basin datam AB 60. Deinde in regula,

merando latus reliquum AC $57\frac{3}{4}$.

Porro supputa inter meridianos a recto incipiendo latus BC datum $20\frac{1}{2}$, *& contactus meridiani numerati ostendet in partibus regulæ, a centro extrorsum numeratis, angulum lateri dato oppositum A* $23\frac{1}{2}$: *& inter parallelos a polo usque in idem intersectionis punctum habebis angulum alterum B* $77\frac{3}{4}$. Deducta est hæc operatio ex 3 ration. probl. 1.

Problema 3.

Dato latere quocunque cum angulo ei adjacente: & angulum alterum, & reliqua latera concludere.



[Vt pro exemplo in triangulo rectangulo ABC: latus AC detur $57\frac{3}{4}$ cum angulo adiacente A, $23\frac{1}{2}$. Angulus C rectus per se datus est 90 gr. Quare angulum alterum B, & reliqua AB & BC latera hoc modo concludes]

Numera in limbo ab æquatore versus polum angulum A datum $23\frac{1}{2}$, *& regula horizontis ad terminum numerationis admota, numerabis inter meridianos incipiendo a recto, la-*

cto, latus datum A C $57\frac{1}{4}$, *& contactus meridiani numerati cum horizonte* ⌣, *in partibus ejusdem a centro numeratis, basin anguli recti AB* 60 *grad. ostendet, & inter parallelos, ab æquatore incipiendo, colliges latus reliquum, angulo dato oppositum B* $20\frac{1}{4}$.

Porro numera in horizonte ab extremitate sua introrsum latus datum A C $57\frac{1}{4}$, *& habebis ad hunc numerationis terminum inter parallelos a polo incipiendo angulum lateri dato oppositum B* $77\frac{1}{4}$, *& inter meridianos, similiter ab extimo incipiendo, colliges denuo basin anguli recti AB* 60 *gr. Primum hujus problematis membrum est permutatum ex* 1 *ratione* 1 *prob. posterius vero membrum est inversum* 2. *rationis* 1. *problematis.*

Secunda ratio.

Numera in gradibus limbi a polo versus æquatorem latus datum AC $57\frac{1}{4}$, *& fini numerationis admota regula horizontis, supputabis inter meridianos ab extimo introrsum angulum datum A* $23\frac{1}{2}$, *notando diligenter meridiani hujus cum horizontali linea intersectionem. Partes enim regulæ ad hanc usque intersectionem ab extremitate numerate,*

ratæ, exhibent mensuram lateris datum angulum subtendentis BC $20\frac{1}{7}$.

Et paralleli, qui a polo usque eandem intersectionem numerantur, indicant basin anguli recti AB 60 grad.

Porro numera in partibus regulæ sic quiescentis a centro versus extremitatem angulum datum A $23\frac{1}{2}$, *& habebis in parallelos a polo usque ad hunc numerationis terminum, angulum BC, qui lateri dato opponitur* $77\frac{3}{4}$, *atque inter meridianos a recto numerando, denuo se offert latus angulo dato oppositum BC* $20\frac{1}{7}$. *Permutata est hæc operatio ex* 3. *rat.* 1. *prob.*

Tertia ratio, quæ est antecedenti inversa.

Numera inter parallelos a polo versus æquatorem angulum datum A $23\frac{1}{2}$, *& inter meridianos, parallelum numeratum in terfecantes, numera a recto meridiano incipiendo latus datum AC* $57\frac{1}{4}$: *ad punctum intersectionis meridiani cum parallelo admove regulam: quæ mox in limbo demonstrabit latus angulo dato oppositum BC* $20\frac{1}{7}$ *a polo numerando: Partes regulæ, quæ sunt a centro usque*

ad idem intersectionis punctum indicant angulum alterum, & lateri dato oppositum B 77¾.

Porro ab extremitate regulæ immotæ numera in partibus suis latus datum AC 57½, & denuo conspicies inter meridianos ab exitio introrsum numerando angulum B 77¾, & inter parallelos a polo ad idem usque numerationis punctum offert se basis anguli recti AB 60 gr.

Problema 4.

Dato latere quocunque, & angulo ei oppositio: & basin, & latus, & alterum angulum colligere.



[Dentur in præscripto ABC rectangulo latus BC 20½, & angulus ei oppositus A 23½. Reliqua colligentur ad eundem prorsus modum, quemadmodum in problem. primo operati fuimus.]

Ratio 1.

Numera in gradibus limbi ab æquatore versus

versus polum angulum datum A $23\frac{1}{2}$, *& regula eo deducta, supputa inter parallelos ab æquatore incipiendo latus datũ BC* $20\frac{1}{2}$. *Intersectio hujus numerati paralleli cum horizonte ostendet in partibus ejus, a centro numeratis, basin anguli recti AB* 60 *gr. atque inter meridianos a recto incipiendo usque ad eandem intersectionem cognosces latus quod angulo dato adjacet AC* 57°.

Porro pro angulo altero B inveniendo, numerabis in partibus regulæ ab extremitate ⌣ *latus AC jam acquisitum* $57\frac{3}{4}$: *& habebis inter parallelos a polo usque ad idem numeratum punctum angulum quæsitum B* $77\frac{3}{4}$.

Ratio 2.

Numera inter parallelos a polo versus æquatorẽ angulũ datũ A $23\frac{1}{2}$. *Deinde in regula ab extremitate introrsum numeretur latus datum BC* $20\frac{1}{2}$, *& hic terminus ad parallelum numeratum perductus ostendet inter meridianos ab extimo basin anguli recti AB* 60 *gradus: & regula indicabit in gradibus limbi ab æquatore amplitudinem anguli alterius B* $77\frac{3}{4}$.

Porro regula manente in suo situ, numera inter meridianos a recto versus extimum latus BC datum, & punctum intersectionis hujus numerati paralleli cum horizonte ostendet denuo in partibus ejusdem regulæ basin AB 60, & inter parallelos, ab æquatore usque ad idem punctum numerando, Cognoscetur latus reliquum AC, quod nempe angulo dato adiacet 57¾. Permutata hæc ratio est cum 2 rat. prob. 1.

Ratio 3.

Numera inter meridianos ab extimo introrsum angulum A datum 23½, & in partibus regulæ ab extremitate versus centrum supputa latus oppositum datū 20¼, terminus iste ad meridianum numeratū ductus, ostendet inter parallelos a polo numerando basin anguli recti AB 60. Atque in gradibus limbi a polo usque ad regulæ contactum habebitur latus dato angulo adiacens AC 57¾.

Porro in partibus regulæ quiescentis numera a centro incipiendo angulum datum A 23½: Nam inter parallelos a polo usque ad terminum numerationis habebitur angulus acutus alter B 77¼.

Ratio

Ratio 4.

Numera in gradibus limbi a polo latus datum B C 20½ atque inter parallelos numeretur angulus oppositus A 23½, idque a polo versus æquatorem, et intersectio hujus numerati paralleli cum regula ostendet inter partes ejus a centro numeratas angulum alterū, qui lateri dato adiacet B 77¼, & inter meridianos, a recto ad idem intersectionis punctū, habebitur latus A C 57¼.

Porro manente regula numera inter meridianos ab extimo introrsum angulum B modo inventum, & habebis inter parallelos, a polo usque ad contactum numerati meridiani cum horizonte, basin anguli recti A 66 gr. & inter partes regulæ ab extremitate usque ad idem contactus punctum rursus offert sese A C latus 57¼, permutata est hæc ratio a 3 rat. 3. prob.

Problema 5.

Datis cruribus anguli recti, basin & angulos concludere.



[Dentur in præscripto triangulo crus Ang. recti AC $57\frac{3}{4}$ & crus alterum BC $20\frac{1}{2}$, Basin & utrumq; angulum acutum hoc modo colliges.]

Numera inter meridianos, a recto crus datum AC $57\frac{3}{4}$, *& inter parallelos ab æquatore crus alterum BC* $20\frac{1}{2}$, *& communi circulorum intersectioni regulam admove. quæ mox in limbo demonstrat ab æquatore numerando angulum A* $23\frac{1}{2}$, *qui cruri BC, inter parallelos numerati, opponitur; partes regulæ a centro usque ad circulorum intersectionem numeratæ, indicant basin anguli recti AB* 60. *grad.*

Porro ut habeatur angulus reliquus B, numerabis in partibus regulæ quiescentis crus quod angulo quæsito opponitur AC $57\frac{3}{4}$: *& terminus numerationis ostendet denuo inter meridianos ab extimo introrsum basin AB* 60. *gr. nec non & inter parallelos a polo usque ad eundem numerationis terminum offert se angulus B. desideratus* $77\frac{1}{4}$. *Ratio hæc permutatur ex* 1 *rat. prob.* 1.

Secundus modus.

Numera in limbo a polo crus datum AC $57\frac{3}{4}$,

57½, & eo promovere regula, numeretur in eodem ab extremitate introrsum crus alterum BC 20½: & terminus iste ostendet inter meridianos ab extimo angulum A 23½, qui nempe lateri in limbo numerato adjacet, & inter parallelos, a polo usque ad eundem terminum; numerabitur basis AB 60 gr.

Porro ut habeatur angulus alter B, numerabis inter meridianos a recto versus extimum crus quod ang. quæsito adjacet BC 20½, & contactus hujus cum regula ostendet inter parallelos a polo numerando angulum desideratum B 77½: nec non & inter partes regulæ a centro numerata dentro angulus A 23½ sese offeret.

Problema 6.

Trianguli Sphærici rectanguli datis angulis, latera singula colligere.



[In triangulo sphærico rectangulo ABC, angulus, B, acutus sit datus 77½ & alter acutus A sit 20½, latera singulatim inde colliguntur hoc modo.]

Numera in limbi gradibus ab æquatore angulum alterutrum datum nempe A $23\frac{1}{2}$, *& regula ibidem admota numera inter parallelos a polo deorsum angulum alterum B* $77\frac{1}{4}$. *Intersectio hujus numerati parallelicum regula ostendet in partibus ejusdem ab extremitate numeratis latus AC* $57\frac{1}{4}$, *qui angulum inter parallelos numeratum subtendit, atque inter meridianos ab extimo usque ad eandem intersectionem habetur anguli recti basis AB* 60.

Porro, regula manente, numera in ejus partibus, a centro versus extremitatem, basin AB jam repertam 60, *& mox inter parallelos, a recto usque ad terminum hujus numerationis, se offert latus alterum BC* $20\frac{1}{3}$ *& inter meridianos, a recto, denuo exhibetur latus AC* $57\frac{1}{4}$. *Ratio constat ex* 1 *&* 2 *p.* 1.

Secunda ratio.

Numera inter parallelos a polo angulum alterutrum datum B $77\frac{1}{4}$ *& in partibus regulæ a centro extrorsum numeretur angulus alter A* $23\frac{1}{2}$. *Moveaturque regula quoad terminus numerationis ejusdem ad parallelum*

lum itidem numeratum adductus sit, quæ mox in limbi gradibus a polo ostendet latus AC $57\frac{3}{4}$ *subtendens angulum inter parallelos numeratum: & meridiani qui sunt a recto usque ad terminorum intersectionem indicant latus alterum B* $20\frac{1}{4}$.

Porro immota regula numera inter meridianos angulum A $23\frac{1}{2}$ *ab extimo versus rectum. Contactus numerati meridiani cum horizonte ostendet in partibus ejusdem ab extremitate numeratis latus B C, quod hunc numeratum angulum A subtendit, nempe* $20\frac{1}{4}$: *& inter parallelos a polo usque ad idem contactus punctum habes basin AB* 60 *grad. Permutata est hac ratio ex ultimo membro 3 modi prob.* 1.

Posteriorum duorum problematum duos saltem modos operandi demonstravimus: Ratione inversionis per se quis facile alios duos perficiet.

De Resolutione Triangulorum Sphæricorum Obliquangulorum.

Problema 7.

Triangulí obliquanguli Sphęrici dato angulo alterutro cum duobus ejuſdem cruribus ipſum conſtituentibus. Baſin & angulos reliquos inquirere.



[Sit pro exemplari inſtitutione triAngulum Sphæricum obliquangulum ABC, in quo angulus BAC ſit cognitus 30 grad. cum cruribus ejuſdem anguli, nempe, AB, 60 grad. & AC 50 grad. datis: Reliquos angulos, nempe ABC. & ACB cum angulí data baſi BC, hoc modo venaberis.]

Numera in gradibus limbi incipiendo ab æquatore verſus polum arcticum, idque ad dextram tui partem, crus datum alterutrum, nempe AC 50 gr. atque eo colloca regulam, deinde inter parallelos ab eodem polo arctico numerabis crus alterum AB 60. Conſequenter inter meridianos, parallelum numeratũ interſecantes, ab extimo & parte tibi ſiniſtra verſus dextram introrſum angulum crucribus comprehenſum 30 gr. ſupputabis, & ad

commu-

communem meridiani cum parallelo intersectionem apicem brachioli perducito. His ita peractis traducatur regula ad æquatoris lineam. Isto enim modo apex brachioli ostendet inter parallelos a polo numerando basin anguli dati BC 26½ gr. & inter meridianos ab extimo et dextro versus sinistram partem indicabit amplitudinem anguli C, qui lateri in limbo numerato adjacet, estq; 103 gr.

Sed hoc loco semel monendum quod per meridianum dextrum, sive per dextrã instrumenti partẽ intelligimus eam, quam dextra tua manus tenet: Sicq; sinistrã, quæ ad sinistram manum exsistit.

Porro ut angulum alterũ B cognoscas invertes operandi formam, hoc est pro crure AC in limbo gradibus numerato numerabis crus AB 60, regulã ibidẽ ducendo; & inter parallelos supputabis crus AC 50, ut supra. Consequẽter supputabis inter meridianos ab extimo dextrorsũ ang. datũ A 30. gr. atq; induce ad cõmunẽ circulorũ numeratorũ intersectionẽ applicato, transferes regulã ad parallelũ rectũ: isto n. modo index inter parallelos a polo ostendet basin anguli dati BC 26½, ut supra,

atque

atque inter meridianos ab extimo & dextro versus sinistram partem indicabit angulum B desideratum 59½.

Secunda ratione & priori conversa idem absolvere.

[Idem problema perficies contrario operandi modo, quo uti licebit, quando latus tertium quæsitum excedit quadrantem.]

Constitue regulam horizontalem ad æquatoris lineam, & inter parallelos apolo arctico crus alterutrum numera nempe AB 60, *& inter meridianos parallelum hunc secantes fupputa angulum datum A* 30, *idque ab extimo & dextro sinistrorsum; atque communi circulorum intersectioni apice brachioli applicato, numera in limbo dextro ab æquatore versus polum arcticum crus alterum datum AC* 30 *gr. & ad terminum hujus numerationis regula perducatur: isto enim modo index brachioli monstrabit inter parallelos a polo basin BC* 26½, *atque inter meridianos ab extimo et sinistro dextrorsum ostendet angulum C* 103, *qui nempe cruri in limbo numerato adjacet. Unde angulum alterum B colliges inverso operandi ordine, nempe regula constituta*

stituta ad æquatorem numerabis inter parallelos crus AC 50, in quo constituto indice ad angulum A, inter meridianos ut supra numeratum: regulam perduces ad mensuram cruris AB 60 in limbo dextro numeratum, & sic ostendet apex denuo inter parallelos basin anguli dati B C 26½, & inter meridianos ab extimo dextrorsum angulum B desideratum 49½, qui nempe cruri in limbo numerato adjacet eodem modo ut supra.

Tertia ratione idem colligere.

Numera in limbo sinistro a polo arctico crus alterutrum datorum nempe A B 60, & ibidem ducatur regula. Deinde inter parallelos a polo supputa crus alterum AC 50, atque inter meridianos parallelum hunc secantes numera ab extimo & sinistra parte versus dextram angulum comprehensum datum A 30 ad communem circulorum concursum apicem brachioli perducito, postmodū transferatur regula ad meridianum rectum in utrumque scilicet polum: Isto enim modo habebis inter parallelos a polo arctico usque ad apicem brachioli basin anguli dati B C 26½,

&

& inter meridianos ab extimo & dextro sinistrorsum indicatur angulus B $59\frac{1}{2}$, *qui nempe lateri in limbo numerato idjacet. Quare si velis angulum* C, *pro crure* AB *in limbi grad. numerato numerabis crus* AC. *regulam ibidem ducendo, &c.*

Quarta ratione & per inversionem antecedentis idem problema absolvere.

Constitue horizontalem regulam ad meridianum rectum in utrumque polum, atque inter parallelos a polo arctico numera crus alterutrum scilicet AB 60. *& inter meridianos ab extimo & dextro angulum datum* A 30 gr. *ad concursum numerorum apicem styli diligenter admove: His peractis numera in limbo sinistro ab eodem polo crus alterum datum* AC 50, *& ibidem transferatur regula: Sic enim apex styli ostendet inter parallelos a polo basin* BC $26\frac{1}{2}$, *& inter meridianos a sinistris & extimo dextrorsum angulum* C 103. *qui cruri in limbo numerato adjacet.*

Pro angulo reliquo B *cognoscendo, permutabis ordinem numerandi, id est, regula in polos deducta, numerabis inter parallelos*

crus

crus AC datum 50, atque inter meridianos ab extimo angulum A 30. Tandem in limbo sinistro latus AB 60, regulaeo deducta, ostendet apex inter parallelos a polo basin BC ut supra, et inter meridianos a sinistris dextrorsum indicat angulum B 59½.

Ex his 4. operandi modis dependet universa Triangulorum Sphæricorum Obliquangulorum resolutio, & sequentia Problemata ex iis deduximus.

Problema 8.

Trianguli obliquanguli Sphærici datis duobus lateribus, & angulo uni eorum opposito: latus tertium, & angulum lateribus datis comprehensum concludere; dummodo constet species ejusdem sitne obtusus vel acutus.



[In triangulo sphærico obliquangulo ABC, dentur latera AB 60, BC 26½. & angulus dato AB lateri oppositus C 103. Tertium latus BC cum angulo datis lateribus comprehenso A. hoc modo venaberis.]

Numera inter parallelos a polo latus angulo dato oppositum AB 60 & paralleli numerati partem dextram observabis quando angulus desideratus et a lateribus datis comprehensus datur acutus: partem vero ejus sinistram notabis quando angulus existit obtusus.

[Per partem autem dextram intellige eam quæ inter meridianum rectum & limbum dextrum includitur, sic partem sinistram appellamus eam quæ inter eundē meridianum rectum & limbum sinistrum intercipitur.

Deinde in limbo dextro ab æquatore versus polum arcticum latus alterum datum BC 26½ numerabis, ac eo ducenda regula. Consequenter inter meridianos a sinistro & extimo dextrorsum supputabis angulum datum C 103 & in meridiano numerato index ponatur, idque ubi fors dederit vel ad æstimatum locum. Eadem regula ad æquatoris situm transferenda, quod si enim tunc index in parallelum notatum inciderit perfecta

erit

erit operatio, sin vero transierit eundem vel necdum eo pervenerit, eadem repetenda operandi forma, hoc est regulam in limbo ad locum priorem reduces, indicem in meridiano suo magis attolles vel deprimes pro ut vel ante vel post parallelum observatum in priore examine ceciderit, idq; bis terve tentandum quousq; nimirum regula in æquatorem translata, apex indicis exacte in parallelum ad partem tamen ejus notatam inciderit: namq; isto modo habebis inter meridianos, numerando ab extimo & dextro usque ad indicis situm, angulum datis cruribus comprehensum B $59\frac{1}{2}$ *grad. nec non & reducendo regulam ad priorem limbi situm, in parallelis a polo usque ad indicis situm numerabis latus tertium* AC 50.

Alio modo & priori conversо idem absolvere.

Constituta regula ad situm æquatoris numerabis inter parallelos a polo arctico latus angulo dato oppositum AB 60, *et paralleli numerati partem dextram notabis quando angulus desideratus* B *datur obtusus, partem vero ejus sinistram quando angulus iste exsi-*

stit acutus ut in nostro exemplo. Deinde inter meridianos ab extimo & dextro sinistrorsum angulum datum C supputato 103. in quo ad æstimatum altiquem locum index ponendus. Consequenter in limbo dextro ab æquatore versus polum arcticum numeretur latus alterum datum BC 26½. atque eo ducenda regula. Quod si in isto regula situ index in parallelum ad partem ejus observatam exacte ceciderit, peracta erit operatio; sin minus, repetenda. Tum enim index ostendet inter meridianos a sinistro dextrorsum ang. cruribus datis comprehensum BC 59½, et reducta regula ad æquatoris situm, ostendet idem index inter parallelos a polo arctico latus tertium incognitum AC 50.

Tertio modo prædictum probl. absolvere dum modo constet latus incognitum sitne quadrante majus an minus.

Numera inter meridianos ab extimo & dextro sinistrorsum amplitudinem ang. dati C 103. meridianus in quem finit numeratio diligenter notetur. Deinde in limbo dextro ab æquinoctiali versus arcticum polum sumpta latus quod ang. dato adjacet BC 26½, ac

eo ducatur regula. Consequenter inter parallelos a polo eodem numera latus alterum & angulo dato oppositum AB 60, *in hoc parallelo index ad æstimatum locum applicetur. Postmodum regula ad æquatoris lineã transferatur, quod si index tunc inciderit in meridianum notatum ad partem nimirum ejus borealem, quando latus tertium & incognitum datur quadrante minus: vel ad australem ejus partem, quando latus illud existit quadrante majus.*

[Partem borealem appellamus eam quæ est inter polum arcticum & æquatorem intercepta, reliquam partem inter antarcticum polum & æquatorem interjectã vocamus australem.]

Absoluta erit operatio, sin vero superaverit vel necdum attigerit eundem, eadem operandi forma repetenda, iterumque ac tertio tentandum quousque apex styli in meridianum notatum exacte incidat. Namque isto modo index inter parallelos a polo indicabit latus tertium incognitum AC 50: *atque regula ad situm priorem in limbo reducta monstrabit idem index inter meridianos ab extimo & sinistro dextrorsum angulum datis lateribus comprehensum* B $59\frac{1}{2}$.

Problema 9.

In Triangulo Sphærico obliquangulo datis duobus lateribus cum ang. uni eorum opposito; latus tertium & angulum alteri dato lateri oppositum inquirere, dummodo species ejus cognoscatur, sitne obtusus an acutus.



[In triang. Sphæ. rico ABC dentur latus AC 50 & BC 26½ cũ angulo lateri BC dato opposito nempe A 30 gr. Tertium latus A B & angulum B alteri lateri dato oppositum (quem pono esse acutum) hoc modo colliges.]

Constituta regula ad parallelum rectum numerabis inter parallelos a polo arctico latus ang. dato oppositum BC 26½, *& paralleli numerati partem sinistram notabis quando angulus desideratus* B *datur acutus, partem vero dextram quando angulus iste datur obtusus. Consequenter inter eosdem paral-*

los &

los & ab eodem polo latus alterum datum numerandum, utpote AC 50 angulo dato adjacens, sic quoque & inter meridianos a dextro & extimo sinistrorsum supputa ang. datum A 30, & communi circulorum numeratorum intersectioni stylum applicato. Moveatur tandem regula a dextra parte ⌣ sursum donec apex styli ad parallelum in partem notatam pervenerit, utpote partem sinistram propter ang. desideratum B acutum. Isto enim modo regula ostendet in limbo latus quæsitum tertium AB 60 idque ab æquatoris parte ⌣ dextra numerando: nec non & apex styli ostendet inter meridianos ab extimo & dextro angulum desideratum B 59½ utpote ⌣ alteri lateri dato oppositum.

Aliter.

Numera inter parallelos a polo arctico latus ang. dato oppositum AC 50, & paralleli numerati pars dextra observetur quando ang. desideratus datur acutus, verum si datur is obtusus observanda pars sinistra. Regulam constitue in limbo sinistro ad locum aliquem æstimatum. Deinde inter meridianos ab extimo & sinistro numera ang. datum

trum latus ignotum, angulum alterum datum subtendens, quadrante majus fuerit, an minus.



[In triangulo obliquangulo ABC detur angulus B 10½ gr. & ang. C 154⅓. latus AC subtendens angulum datum B sit datum 23⅓. denique latus angulo altero dato C opposito detur quadrante majus. ex his latera A B & B C hoc modo cognoscēs]

Constituenda regula ad æquatoris situm, & inter meridianos ab extimo & sinistro dextrorsum numerabis ang. B 10½ *gr. qui nempe lateri ex thesi dato opponitur. Meridiani numerati partem borealem notabis quando latus incognitum* AB *angulo noto* C *oppositum datur quadrante minus: verum australis ejus pars notanda quando latus illud quadrātem excedit. Consequenter inter meridianos ab extimo & dextro sinistrorsum angulum alterum datum* C 154⅓ *numerabis, & inter parallelos numera a polo arctico latus datum* AC 23⅓; *& ad communem hujus paralleli & meridiani numerati intersectionem indicem applicato. Postea moveatur regula (quam in-*

dex sequitur) tantisper donec index in meridianum notatum ad partem ejus australē (quia latus AB datur quadrante majus) incidat. Isto enim modo regula ostendet, in gradibus limbi ab æquatore numeratis, latus utrique angulo dato interiectum BC 84½. gr. & inter parallelos a polo arctico usque ad indicem habebis latus tertium AB 105½.

Alio modo idem inquirere.

Numera inter meridianos ab extimo & dextro datum angulum laterique dato oppositum B 10½. gr. Meridianus hic in quem finit numeratio, eodem modo ut supra, ad partem vel dextram vel sinistram observetur. Deinde regulam ad gradum aliquem in limbo dextro æstimatum constitue. Consequenter inter parallelos a polo arctico supputa latus datum AC 23½: & inter meridianos a sinistro & extimo dextrorsum supputa angulum datum C 154½, & communi horum circulorum concursu apicem brachioli adjungito: Traducatur postmodum regula ad æquatoris lineam, quod si tunc apex brachioli inciderit in meridianum observatum ad partem ejus

australē

australem, quia latus AB excedit quadrantem 72
perfecisti operationem; sin verò transcurrerit, vel necdum ad eundem pervenerit, iteranda est operatio, hoc est regula denuo ducenda ad æstimatum limbi gradum, sed propriùs versus polum sive æquatorem, prout index in examine isto ceciderat ante vel post meridianum: atque index constituendus ad situm priorem: tandem ubi, bis terve tentando, index (regula ad æquatorem traducta) meridianum præscriptum exactè attigerit: habebis inter parallelos, ab arctico polo usque ad indicem numeratos, latus AB 105½ quod angulo incognito adjacet.

Porro reducta regula ad situm suum in limbo, ostendet in gradibus ejusdem ab æquatore numeratis latus tertium, quod angulum incognitum subtendit, nempe BC 84½ gr.

Problema II.

In triangulo obliquangulo datis duobus angulis, & latere utriq; eorum adjacente: latera reliqua colligere.

mes, prout æstimatio prior te fefellerit. Naque ubi bis iterve tentando res succesſerit, & regula ad æquatorem deducta, index meridianum notatum exacte attingat: Habebis inter parallelos a polo uſque ad indicem numeratos, latus adjacens angulo prius numerato, nempe AB 60.

Conſequenter reducta regula ad ſitum priorem in limbo, oſtendet index inter parallelos eoſdem a polo itidem numeratos latus tertium BC 20½, quod angulum prima vice numeratum ſubtendit.

Alio modo.

In primis conſtituenda regula ad æquinoctialem, deinde numera inter meridianos a ſiniſtro dextrorſum angulum alterutrum datum, utpote A 30.

Meridianus in quem finit numeratio obſervetur, ſimiliter ſupputa inter meridianos a dextro ſiniſtrorſum angulum alterum datum C 103 grad. & in hoc meridiano indicem ad æſtimatum locum collocato, poſtmodum numera in limbo dextro ab æquatore verſus polum arcticum latus datum AC 50, atque ibidem

ibidem transferatur regula, quod si index ista ratione inciderit in meridianum notatum, ostendet inter parallelos a polo latus B 26½, subtendens angulum A primo loco numeratum.

Consequenter reducta regula ad æquinoctialem monstrabit idem index inter parallelos a polo latus tertium AB 60 subtendens angulum C postrema vice numeratum, sin vero index in notatum meridianum non exacte inciderit, repetenda est eadem operandi ratio ista cautione qua in superiori demonstravimus.

Problema 12.

Trianguli obliquanguli datis lateribus: tres angulos ejusdem concludere.

Numera in gradibus limbi dextri ab æquatore versus polum latus alterutrũ datũ. verbi gratia, in præscripto A B C triangulo numera latus AB 60 & ibidem ducatur regula:

gula: Deinde inter parallelos a polo reliqua duo latera singulatim supputato, quorum ad alterutrum indicem loco æstimato adjunges, & alterum caute observabis, verbi gratia, indicem adjunge ad parallelum lateris BC $26\frac{1}{2}$, & alterum parallelum utpote lateris AC 50. notato.

Consequenter regulam ad æquinoctialem transferto, quod si tunc index in observatum parallelum inciderit, in operatione ista nihil amplius desiderabitur, sin minus eadem operandi forma repetenda, hoc est, regula ad situm suum in limbo deducta, indicem in parallelo suo (nempe ad $26\frac{1}{2}$) magis sinistrorsum sive dextrorsum movebis, donec nimirum regula ad æquatorem traducta, index parallelii observatum exacte attingat, hoc enim quando fit, monstrabit index inter meridianos ab extimo et dextro sinistrorsum angulum, qui lateri pro situ indicis inter parallelos numerato opponitur, nempe angulum A 30.

Consequenter regula ad priorem situm in limbo traducta, ostendet idem index inter meridianos a sinistro dextrorsum angulum B $59\frac{1}{2}$, qui lateri ad observatum parallelum opponitur.

Porro

det index inter meridianos, a sinistro dextrorsum angulum A 30, qui opponitur lateri inter parallelos ad situm indicis numerato.

Porro reducta regula ad æquatoris situm monstrabit index inter meridianos a dextro sinistrorsum angulum B 59½ qui opponitur lateri paralleli notati.

Tertio modo idem perficere.

Constitue regulam in utrumque polum ad meridianum rectum, & inter parallelos a polo arctico numera ut pridem datorum latera duo, quorum ad alterutrum loco quocunque æstimato indicem adjungito, alterum diligenter observato. Deinde in sinistra limbi parte a polo arctico incipiendo numera latus tertium datum, & eo transferatur regula: quod si tunc index in parallelum observatum inciderit, peracta erit operatio, & in isto situ ostendet inter meridianos a sinistro dextrorsum amplitudinem anguli istius, qui opponitur lateri pro indicis situ inter parallelos numerato.

Deinde

Deinde regula ad utrumq; polum restituta, monstrabit idem index a dextro meridiano usque ad situm suum angulum oppositum altero lateri inter parallelos numerato: Namque angulus qui lateri in limbo numerato opponitur inter operandum non succurrit.

Problema 13.

Trianguli obliquanguli datis tribus angulis tria ejusdem latera concludere.

In triangulo obliquangulo A B C dentur tres anguli in eadem quantitate qua pridem utpote angulus A sit 30, Angulus B 59½. Angulus C 103, quæranturque tria latera.

Constitues regulam horizontalem ad æquatorem, & inter parallelos a polo numerabis angulum utrumque minimum, utpote angulum A 30, & angulus B 59½, quorum ad alterutrum nempe A 30 indicem pro situ æstimato jungito, alterum nempe B 50 caute notato: Deinde supputabis inter limbi gradus incipien-

incipiendo ab æquatoris sinistra parte per polum arcticum angulum datorum maximum utpote 103, & ad gradum istum numeratum dextra regulæ horizontis pars transferatur: Quod si tunc index in parallelum observatum inciderit erit absoluta operatio: sin minus repetenda tanti per, donec nimirum index observatum parallelum exacte attingat: Tunc enim index inter meridianos a sinistro dextrorsum indicabit latus BC 20½, quod nempe angulum pro situ indicis inter parallelos numeratum subtendit.

Porro restituta regula ad æquatorem monstrabit index inter meridianos a dextro sinistrorsum latus AC, subtendens angulum paralleli observati.

Alio modo.

Constitue regulam horizontalem ad meridianum rectum, sic ut latus ejus respiciat limbum dextrum, & inter parallelos a polo arctico numera angulum minimum, quorum ad alterutrum pro situ æstimato indicem adjungito, alterum caute observato: Deinde in gradibus limbi dextri ab eodem polo deorsum numerabis angulum tertium datum, atque

eo duces regulæ partem dextram. Quod si tunc index inciderit in parallelū notatum, ostendet inter meridianos a sinistro dextrorsum latus quod subtendit angulum pro situ indicis inter parallelos numeratum: nec non restituta regula ad situm meridiani recti, monstrabit idem index inter meridianos a dextro sinistrorsum latus subtendens angulū paralleli observati.

Pleraque obliquangulorum problemata licebit aliis modis solvere per inquisitionem arcus perpendicularis à vertice trianguli in subjectam basin demissi, qui propositum obliquangulum triangulum in duo rectāgula dislocat & resolvit. Vnde cognita rectang. Triang. solutione, non ignorabitur solutio obliquang. Consule part. 3. hujus de obliquang. Triang. ad princip.

Diatyposis Problematum in qua datorum inventio oculis subjicitur.

De Resolutione Triangulorum Rectangulorum sphæricorum.

Solvi-

Solvitur Triangulum rectang.

E Datis.

1. Basi & angulo alterutro acuto.
2. Basi & crure alterutro.
3. Crure & angulo eidem adjacente acuto.
4. Crure & angulo acuto eidem opposito.
5. Vtroque crure anguli recti.
6. Vtroque angulo acuto.

De Resolutione Obliquangulorum Triangul.

Solvitur Triangulum Obliquangulū.

E Datis.

7. Duobus lateribus & angulo ab eis comprehenso.
8. & 9. Duobus lateribus & angulo uni eorum opposito.
10. Duobus angulis & latere uni eorū opposito.
11. Duobus angulis & latere utriq; interjacente.
12. Tribus lateribus.
13. Tribus angulis.

TRACTATVS

TRIGONOMETRIAE ASTRONOMICAE

Pars tertia, quę est de resolutione Triangulorum Sphæricorum per Canonem Triangulorum.

Obiter ex classicis tam veteribus, quam recentioribus autoribus desumpta; & in expeditissimum calculum reducta.

1. *Canon triangulorum omnium, & singularum trianguli cujusvis partium certam & numeris explicatam determinatamve inter sese proportionem exhibet.*

2. *Ergo Canonis hujus adminiculo per auream Arith. proportionum regulam* (quæ datis tribus quibuscunque, ex quatuor numeris inter se proportionalibus, quartum invenire nos facit) *omnis Triangulorum solutio perficietur.*

3. *Canon triangulorum est, quæ in assumpta peripheriæ & semidiametri mensura omnium semiperipheriæ arcuum in gradus & minu-*

ta distributorum, Sinus, Tangentes & Secantes continet.

[Veteres solis subtensis utebantur, ac proinde Canonem Triangulorum appeliabant eum, qui semicirculi partiũ solas subtensas continebat. Subtensæ autem sunt lineæ peripheriæ inscriptæ, quarum semisses sunt ipsi sinus: Iam vero cum plenior planiorq; sit Geometria, etiam eas consideramus lineas, quę sunt extra, & per circuli peripheriam, utpote Tangentes & Secantes; & de eis tabulæ construuntur, ex quibus magnitudines linearum Sinuum, Tangentium & Secantium cujuslvis semipheriæ arcus in gradus & minuta distributi cognoscimus, idque in partibus qualium semidiameter radius dicta 100000. De quibus inspicito subjectum schema.



In schemate recta AB est diameter peripheriæ descriptæ. Hujus semisis & semidiameter CB dicitur Radius, Recta FE peripheriæ inscripta subtendit arcũ FBE. Hujus semisis FG, quæ est a termino ejusdem arcus in radium perpendicularis est Sinus semisis prædicti FBE arcus, utpote arcus FG, vel etiam complementi eius ad semicirculũ, utpote arcus AF.

Recta GB, quæ est portio diametri inter arcum & subtensam interjecta, est sinus versus ejusdẽ FB arcus.

Recta GA quæ est reliqua diametri pars, est Sinus versus arcus AF. Complementi scilicet FB arcus ad semicirculum.

Recta BH quæ est extra peripheriam, eamque in extremum radii perpendiculari iter tangit: est tangens arcus BF, vel complementi ejus ad semicirculum, utpote AF.

Recta CH a centro C per arcus terminum F in tangentē continuata, dicitur Secans arcus BF, vel AF complementi ejusdem.]

4. *Dispositio hujus canonis aliis alia placuit, nobis commodissima ea visa, quam ex Barth. Pitisco huc transtulimus: in qua (ut videre est) in primo & postremo paginæ cujuscunque loco sunt arcus quadrantis, per gradus et minuta sive scrupula prima, in margine sinistro descendentes, in margine dextro ascendentes: locis intermediis sunt columnæ tres, quæ comprehendunt sinus, tangentes & secantes arcubus illis respondentes: atque hi similiter in sinistra quaque columna descendunt, in dextra ascendunt.*

5. *Usus hujus canonis est, ut dati cujuscunque arcus semicirculo minoris, vel etiam complementi ejusdem Sinum, Tangentem & Secantem investigemus: & vice versa dato Sinu, Tangente & Secante, arcum respondentem colligamus. Quorū investigandorum illud fit per lateralem tabulæ ingressum, hoc vero per arealem.*

6. Late-

6. *Lateralis tabulæ ingressus est quo cujuscunq; propositi, vel etiam complementi arcus sinum, Tangentem & Secantem excerpimus, idque in hunc modum.*

Intrabis congruam ipsius tabulæ paginã, quærendo gradus, & minuta gr. in sinistro margine descendendo, si arcus propositus fuerit minor quam 45 grad. Contra in dextro latere ascendendo, si propositus arcus 45 excesserit: quibus repertis offendes ibidem in propria quavis columna Sinum, Tangentem & Secantem, tum arcus tui propositi, tum complementi ejusdem ad quadrantem.

Exempli gratia.

[Proponitur arcus 20 gr. 13 m. cujus sinum tangentem & Secantem vis cognoscere, intrabis ipsius tabulæ paginam congruentem lateraliter, ubi in latere sinistro ad verticem sese offerunt gradus 20, in descensu ejusdem lateris quærito 13 minuta. Et ibidem communes columnas perspicito, offendes ad sinistras earum partes Sinum 34557. Tangentem 36826. Secantem 106565. respondentes arcui proposito 20 gr. 13 m. Consequenter ad dextras columnarum partes, reperies ibidem Sinum 93839. Tang. 271548. Secant. 289376. qui respondent arcus propositi complemento ad quadrantem, nempe arcui 69 gr. 47′ in ejusdem paginæ margine dextro inter minuta ascendentia oxpresso.

Quod si detur arcus quadrante major velisque ejus sinum Tang. & Secantem, auferes propositum arcum a semicirculo & cum residuo isto tabulam ad eundem modum lateraliter intrabis.]

ibidem transferatur regula, quod si index ista ratione inciderit in meridianum notatum, ostendet inter parallelos a polo latus B 26½, subtendens angulum A primo loco numeratum.

Consequenter reducta regula ad æquinoctialem monstrabit idem index inter parallelos a polo latus tertium AB 60 subtendens angulum C postrema vice numeratum, sin vero index in notatum meridianum non exacte inciderit, repetenda est eadem operandi ratio ista cautione qua in superiori demonstravimus.

Problema 12.

Trianguli obliquanguli datis lateribus: tres angulos ejusdem concludere.

Numera in gradibus limbi dextri ab æquatore versus polum latus alterutrũ datũ. verbi gratia, in præscripto A B C triangulo numera latus AB 60 & ibidem ducatur regula:

gula: Deinde inter parallelos a polo reliqua duo latera singulatim supputato, quorum ad alterutrum indicem loco æstimato adjunges, & alterum caute observabis; verbi gratia, indicem adjunge ad parallelum lateris BC $26\frac{1}{2}$, & alterum parallelum utpote lateris AC 50. notato.

Consequenter regulam ad æquinoctialem transferto, quod si tunc index in observatum parallelum inciderit, in operatione ista nihil amplius desiderabitur, sin minus eadem operandi forma repetenda, hoc est, regula ad situm suum in limbo deducta, indicem in parallelo suo (nempe ad $26\frac{1}{2}$) magis sinistrorsum sive dextrorsum movebis, donec nimirum regula ad æquatorem traducta, index parallelu observatum exacte attingat, hoc enim quando fit, monstrabit index inter meridianos ab extimo et dextro sinistrorsum angulum, qui lateri pro situ indicis inter parallelos numerato opponitur, nempe angulum A 30.

Consequenter regula ad priorem situm in limbo traducta, ostendet idem index inter meridianos a sinistro dextrorsum angulum B $59\frac{1}{2}$, qui lateri ad observatum parallelum opponitur.

Porro

det index inter meridianos, a sinistro dextrorsum angulum A 30, qui opponitur lateri inter parallelos ad situm indicis numerato.

Porro reducta regula ad æquatoris situm monstrabit index inter meridianos a dextro sinistrorsum angulum B 59½ qui opponitur lateri paralleli notati.

Tertio modo idem perficere.

Constitue regulam in utrumque polum ad meridianum rectum, & inter parallelos a polo arctico numera ut pridem datorum latera duo, quorum ad alterutrum loco quocunque æstimato indicem adjungito, alterum diligenter observato. Deinde in sinistra limbi parte a polo arctico incipiendo numera latus tertium datum, & eo transferatur regula: quod si tunc index in parallelum observatum inciderit, peracta erit operatio, & in isto situ ostendet inter meridianos a sinistro dextrorsum amplitudinem anguli istius, qui opponitur lateri pro indicis situ inter parallelos numerato:

Deinde

incipiendo ab æquatoris sinistra parte per polum arcticum angulum datorum maximum utpote 103, & ad gradum istum numeratum dextra regulæ horizontis pars transferatur: Quod si tunc index in parallelum observatum inciderit erit absoluta operatio: sin minus repetenda tanti sper, donec nimirum index observatum parallelum exacte attingat: Tunc enim index inter meridianos a sinistro dextrorsum indicabit latus BC 20½, quod nempe angulum pro situ indicis inter parallelos numeratum subtendit.

Porro restituta regula ad æquatorem monstrabit index inter meridianos a dextro sinistrorsum latus AC, subtendens angulum paralleli observati.

Alio modo.

Constitue regulam horizontalem ad meridianum rectum, sic ut latus ejus respiciat limbum dextrum, & inter parallelos a polo arctico numera angulum minimum, quorum ad alterutrum pro situ æstimato indicem adjungito, alterum caute observato: Deinde in gradibus limbi dextri ab eodem polo deorsum numerabis angulum tertium datum, atque

eo duces regulæ partem dextram. Quod si tunc index inciderit in parallelū notatum, ostendet inter meridianos a sinistro dextrorsum latus quod subtendit angulum pro situ indicis inter parallelos numeratum: nec non restituta regula ad situm meridiani recti, monstrabit idem index inter meridianos a dextro sinistrorsum latus subtendens angulū paralleli observati.

Pleraque obliquangulorum problemata licebit aliis modis solvere per inquisitionem arcus perpendicularis à vertice trianguli in subjectam basin demissi, qui propositum obliquangulum triangulum in duo rectāgula dislocat & resolvit. Vnde cognita rectang. Triang. solutione, non ignorabitur solutio obliquang. Consule part. 3. hujus de obliquang. Triang. ad princip.

Diatyposis Problematum in qua datorum inventio oculis subjicitur.

De Resolutione Triangulorum Rectangulorum Sphæricorum.

Solvi-

Solvitur Triangulum rectang.

E Datis.

1. Basi & angulo alterutro acuto.
2. Basi & crure alterutro.
3. Crure & angulo eidem adjacente acuto.
4. Crure & angulo acuto eidem opposito.
5. Vtroque crure anguli recti.
6. Vtroque angulo acuto.

De Resolutione Obliquangulorum Triangul.

Solvitur Triangulum Obliquangulũ.

E Datis.

7. Duobus lateribus & angulo ab eis comprehenso.
8. & 9. Duobus lateribus & angulo uni eorum opposito.
10. Duobus angulis & latere uni eorũ opposito.
11. Duobus angulis & latere utriq; interjacente.
12. Tribus lateribus.
13. Tribus angulis.

TRACTATVS

TRIGONOMETRIAE ASTRONOMICAE

Pars tertia, quę est de resolutione Triangulorum Sphæricorum per Canonem Triangulorum.

Obiter ex classicis tam veteribus, quam recentioribus autoribus desumpta; & in expeditissimum calculum reducta.

1. *Canon triangulorum omnium, & singularum trianguli cujusvis partium certam & numeris explicatam determinatamve inter sese proportionem exhibet.*

2. *Ergo Canonis hujus adminiculo per auream Arith. proportionum regulam* (quæ datis tribus quibuscunque, ex quatuor numeris inter se proportionalibus, quartum invenire nos facit) *omnis Triangulorum solutio perficietur.*

3. *Canon triangulorum est, quæ in assumpta peripheriæ & semidiametri mensura omnium semiperipheriæ arcuum in gradus & minu-*

ta distributorum, Sinus, Tangentes & Secantes continet.

[Veteres solis subtensis utebantur, ac proinde Canonem Triangulorum appeliabant eum, qui semicirculi partiũ solas subtensas continebat. Subtensæ autem sunt lineæ peripheriæ inscriptæ, quarum semisses sunt ipli sinus: Iam vero cum plenior planiorq; sit Geometria, etiam eas consideramus lineas, quę sunt extra, & per circuli peripheriam, utpote Tangentes & Secantes; & de eis tabulæ constituuntur, ex quibus magnitudines linearum Sinuum, Tangentium & Secantium cujuivis semipheriæ arcus in gradus & minuta distributi cognoscimus, idque in partibus qualium semidiameter radius dicta 100000. De quibus inspicito subjectum schema.

In schemate recta AB est diameter peripheriæ descriptæ. Hujus semisis & semidiameter CB dicitur Radius. Recta FE peripheriæ inscripta subtendit arcũ FBE. Hujus semisis FG, quæ est a termino ejusdem arcus in radium perpendicularis est Sinus semisis prædicti FBE arcus, utpote arcus FG, vel etiam complementi eius ad semicirculũ, utpote arcus AF.

Recta GB, quæ est portio diametri inter arcum & subtensam interjecta, est sinus versus ejusdẽ FB arcus.

Recta GA quæ est reliqua diametri pars, est Sinus versus arcus AF. Complementi scilicet FB arcus ad semicirculum.

Recta BH quæ est extra peripheriam, eamque in extremum radii perpendiculariter tangit: est tangens arcus BF, vel complementi ejus ad semicirculum, utpote AF.

Recta CH a centro C per arcus terminum F in tangentē continuata, dicitur Secans arcus BF, vel AF complementi ejusdem.]

4. *Dispositio hujus canonis aliis alia placuit, nobis commodissima ea visa, quam ex Barth. Pitisco huc transtulimus: in qua (ut videre est) in primo & postremo paginæ cujuscunque loco sunt arcus quadrantis, per gradus et minuta sive scrupula prima, in margine sinistro descendentes, in margine dextro ascendentes: locis intermediis sunt columnæ tres, quæ comprehendunt sinus, tangentes & secantes arcubus illis respondentes: atque hi similiter in sinistra quaque columna descendunt, in dextra ascendunt.*

5. *Usus hujus canonis est, ut dati cujuscunque arcus semicirculo minoris, vel etiam complementi ejusdem Sinum, Tangentem & Secantem investigemus: & vice versa dato Sinu, Tangente & Secante, arcum respondentem colligamus. Quorū investigandorum illud fit per lateralem tabulæ ingressum, hoc vero per arealem.*

6. *Late-*

6. *Lateralis tabulæ ingressus est quo cujuscunq; propositi, vel etiam complementi arcus sinum, Tangentem & Secantem excerpimus, idque in hunc modum.*

Intrabis congruam ipsius tabulæ paginã, quærendo gradus, & minuta gr. in sinistro margine descendendo, si arcus propositus fuerit minor quam 45 grad. Contra in dextro latere ascendendo, si propositus arcus 45 excesserit: quibus repertis offendes ibidem in propria quavis columna Sinum, Tangentem & Secantem, tum arcus tui propositi, tum complementi ejusdem ad quadrantem.

Exempli gratia.

[Proponitur arcus 20 gr. 13 m. cujus sinum tangentem & Secantem vis cognoscere, intrabis ipsius tabulæ paginam congruentem lateraliter, ubi in latere sinistro ad verticem sese offerunt gradus 20; in descensu ejusdem lateris quærito 13 minuta. Et ibidem communes columnas perspicito, offendes ad sinistras earum partes Sinum 34557. Tangentem 36826. Secantem 106565. respondentes arcui proposito 20 gr. 13 m. Consequenter ad dextras columnarum partes, reperies ibidem Sinum 93839. Tang. 271548. Secant. 289276. qui respondent arcui propositi complemento ad quadrantem, nempe arcui 69 gr. 47′ in ejusdem paginæ margine dextro inter minuta ascendentia expresso.

Quod si detur arcus quadrante major velisque ejus sinum Tang. & Secantem, auferes propositum arcum a semicirculo & cum residuo isto tabulam ad eundem modum lateraliter intrabis.]

7. *Arealis tabulæ ingressus est, quo oblato sinu, Tangente, vel Secante, ejus respondentem arcum vel complementi arcum ad quadrantem excerpimus.*

Intramus enim tabulam areatim, propositum sinum, tangentem, vel secantem inter areales columnarum numeros investigando. Namque graduum & minutorum numeri, qui ad latera convenientia sese offerunt, desideratum arcum exprimunt.

[Verbi gratia, esto Sinus 27842 cujus arcum libeat cognoscere. Investigabis hunc sinum inter areales numeros in Columna Sinuum, donec eam invenias, qui sese in sinistrâ columnæ partem offert, & ibidem in sinistro quoque margine respondet ipsi arcus 16 gr 10'. in dextro margine habetur arcus 73 gr. 50. m. estque complementum ejusdem arcus.

Quod si datus & propositus Sinus præcise non reperiatur, accipiendus erit is tabulæ sinus, quem proprius ad ipsum tabulæ sinum accedere videbis & illius examinandus arcus. Idem quoque de Tangentibus Secantibus intelligendum.

Nonnulli tamen cui iosius hæc rimantur, & per partem proportionalem verum sinum, tangent. & secant. eliciunt, quando proposito quoque arcui præter gradus & scrupula prima adsunt secunda.]

8. *Cognitio sinus versus interdum in resolutione triangulorum usum habet, ejusque inquisitio per tabulam sinuum est facilis.*

Si enim propositus arcus fuerit quadrante minor,

minor, tunc dempto sinu complementi arcus e radio, relinquitur sinus versus arcus dati.

[Verbi gratia sit quærendus sinus versus arcus dati 20 gr. 13 m. accipiatur hujus complem. sinus utpote 93839 qui de radio 100000 subtactus, relinquitur pro sinu verso quæsito 6161.]

9. *Si vero datus arcus fuerit quadrante major, tunc sinu excessus arcus dati super circuli quadrantem ad radium adjecto, componitur sinus versus arcus dati quadrante majoris.*

[Exempli gratia si quæratur sinus versus arcus 110 gr. 13' hujus excessus super circuli quadrantem est 20 grad. 13'. Cujus sinus nempe 34557 ad radium adjectus, componit sinum vers. desideratum 134557.]

10. *Vice versa si datus sit sinus versus, velisque ejus respondentem arcum: tunc si propositus numerus fuerit minor radio, indicio est quod arcus respondens minor quoque sit quadrante: auferes itaque sinum versum propositum e radio, relinquetur Sinus arcus complementi quæsiti.*

[Verbi gratia, si datus sit sinus versus 6161 detrahemus eum ex radio 100000, & cum reliquo 93839 tanquam sinu recto expiscabimur arcum respondentem, utpote 69 gr. 47' cujus complementum 20 gr. 13 m. est ipsum quæsitum.]

11. *Si vero propositus numerus excesserit radium, indicio est quod arcus quæsitus sit*

major quadrante, auferesque ab ipso numero radium, relinquitur sinus arcus, qui quadranti adjectus constituit arcum quæsitum.

[Exempli gratia, proponatur sinus versus 134557 detrahemus ab eo radium 100000, & cum reliquo sinu 34557 indagabimus arcum respondentem 20 gr. 13 m. qui adjectus ad quadrantem conficiet arcum quæsitum 110 gr. 13 m.]

12. *Subtensa alicujus arcus interdum quoque inquirenda, eamque cognosces quando sinum dimidii arcus propositi duplicaveris.*

[Verbi gratia. Quæratur subtensa arcus 40 gr. 26 m. hujus arcus dimidium est 20 gr. 13 ejusdemque sinus exsistit 34557, qui duplicatus dabit arcus propositi subtensam 69114.]

Hactenus de Canone triangulorum per cujus usum omnium & singularum cujusvis trianguli partium proportionem, in sinuum, tangentium, & secantium numeris determinatam, exhiberi diximus. Nunc ea ipsa resolutio tam planorum quam sphæricorum triangulorum sequitur. Quæ utraq; per solam Arithmetices auream proportionum regulam absolvitur, dummodo sciatur quę proportiones quibus triangulis & triangulorum partibus insunt. Quod ipsum in triangulis rectangulis per diatyposin subsequentem oculis subjicitur, in qua ob promptitudinem calculi, & ad divisionis molestiam evitandam, proportiones partium trianguli ita disposuimus, ut Radius 100000 ubiq; primum locum in regula aurea habeat. Sic enim in triangulis

gulis rectangulis, quibuslibet duobus præter angulum rectum datis, unum quodque postulatum, unica saltem operatione, per solam nimirum multiplicationem, investigari queat.

Inveniri autem debent in triangulo rectangulo aut basis *anguli recti, aut* crus *ejus alterutrum, aut* angulus acutus *quivis. Quorum posteriora duo postulata ex sex datorum varietatibus, & primum quidem postulatum ex diversitatibus datorum quatuor pervestigantur.*

DIATYPOSIS SEQUITUR.

Postulatum 1. de inquisitione Cruris anguli recti.

CRVS.

Problema 1.

1. Ex data basi angul. recti & angulo qui cruri quæsito opponitur. *Erit enim*

VT Radius	AD Sinum basis	ITA sinus *ang. dati.*	AD Sinum *crur. quæs.*
VT Radius	AD Secantem *compl. basis.*	ITA secans *compl. ang. dati.*	AD Secant. *compl crur. quæsiti.*

Problema

Problema 2.

2. Ex data basi, & angulo qui cruri quæsito adjacet. *Erit enim*

VT Radius AD sinum *compl. ang. dati.* ITA tang. *basis.* AD tang. *lat. quæs.*

VT Radius AD secantem *ang. dati.* ITA tang. *compl. basis.* AD tang. *compl. crur. quæsiti.*

Problema 3.

3. Ex basi data, & crure altero.

VT Radius AD secantem *crur. dati.* ITA sinus *cõpl. basis.* AD sinũ *cõpl. crur. quæs.*

VT Radius AD secantem *basis.* ITA sinus *cõpl. crur. dat.* AD secantem *crur. quæs.*

Problema 4.

4. Ex crure altero, & angulo qui cruri quæsito adjacet. *Erit enim*

VT Radius AD tang. *compl. ang. dati.* ITA tang. *crur. dati.* AD Sinum *crur. quæs.*

VT Radius AD tang. *compl. crur. dati.* ITA tang. *ang. dati.* AD Secant. *compl. crur. quæsiti.*

Problema 5.

5. Ex crure altero, & angulo qui quæsito cruri opponitur. *Erit enim*

VT

VT Radius	AD sinum *crur. dati.*	ITA tang. *ang. dati.*	AD tang *crur. quæsiti.*
VT Radius	AD secantem *cõpl. crur. dati.*	ITA tang. *cõp. ang. dati.*	AD tang. *comp. crur. quæs.*

Problema 6.

6. Ex utroque angulo acuto dato.

VT Radius	AD secantem *compl. ang. adjac. cruri quæs.*	ITA sinus *compl. ang. relig. dati.*	AD sinum *compl. crur. quæs.*
VT Radius	AD secantem *ang. oppositi crur. quæs.*	ITA sinus *ang adjacẽt. crur. quæs.*	AD secantem *crur. quæs.*

Postulatum 2. de basi Anguli recti inquirenda.

BASIS.

Problema 7.

7. Ex dato crure alterutro cum angulo ei adjacente.

VT Radius	AD sinum *compl. ang. dati.*	ITA tang. *compl. dati cruris.*	AD tang. *compl. basis quæs.*
VT Radius	AD secantem *ang. dati.*	ITA tang. *dati crur.*	AD tang. *basis quæs.*

Probl.

Problema 8.

8. Ex dato crure alterutro cum angulo cruri opposito.

VT Radius AD secantem ITA sinus AD sinum
compl. ang. dati. crur. dati. basis quæs.
VT Radius AD sinum ITA secans AD secant.
ang dati. compl. crur. compl. basis.

Problema 9.

9. Ex utroque crure dato.

VT Radius AD secantem ITA secans AD secantē
crur. alterutrius. crur. reliqui. basis.
VT Radius AD sinum cōpl. ITA sinus cōp. AD sinum
crur. alt. reliqui crur. compl. basis.

Problema 10.

10. Ex utroque angulo acuto dato.

VT Radius AD tang. ITA tang. AD secantem
ang. alt. ang. reliqui. basis.
VT Radius AD tang. cōp. ITA tang cōp. AD sinum
ang. alterut. ang. reliqui. compl. basis.

Postulatum 3 de angulo alterutro acuto cognoscendo.

ANGVLVS.

Problema 11.

11. Ex baſe & crure quod angulo quæſito opponitur.

VT radius	AD ſinum *baſis.*	ITA ſecans *cõpl.crur.dati.*	AD ſecantem *cõp.ang.quæſ.*
VT radius	AD ſinum *crur.dati.*	ITA ſecans *compl.baſis.*	AD ſinum *ang.quæſ.*

Problema 12.

12. Ex baſe & crure quod angulo quæſito adjacet.

VT radius	AD tang. *compl.baſis.*	ITA tang. *crur.dati.*	AD ſinum *cõpl.ang.quæſ.*
VT radius	AD tang. *baſis.*	ITA tang. *cõp.crur.dat.*	AD ſecant.*ang. quæſ.*

Problema 13.

13. Ex baſe & altero angulo.

VT radius	AD ſinum *compl.baſis.*	ITA tang. *ang.dati.*	AD tang.*cõpl. ang.quæſ.*
VT radius	AD ſecantem *baſis.*	ITA tang. *cõpl.ang.dati.*	AD tang. *ang.quæſ.*

Problema 14.

14. Ex utroque crure ang. recti.

VT

VT Radius	*AD* sinum *crur. adjacentis ang. quæsito.*	ITA tang. *compl. alter. cruru.*	*AD* tang. *compl. ang. quæs.*
VT Radius	*AD* secantem *comp. crur. ang. quæs. adjacent.*	ITA tang. *alterius cruris.*	*AD* tang. *ang. quæs.*

Problema 15.

15. Ex crure quod angulo quæsito opponitur, & altero angulo.

VT Radius	*AD* sinum *ang. dati.*	ITA sinus *cõpl. crur. dati.*	*AD* sinum *cõpl. ang. quæs.*
VT Radius	*AD* secantem *cõpl. ang. dati.*	ITA secans *crur.*	*AD* secantem *ang. quæs.*

Problema 16.

16. Ex crure ang. quæsito adjacente, & angulo altero.

VT Radius	*AD* secantem *cruris.*	ITA sinus *cõpl. ang. dati.*	*AD* sinum *ang. quæs.*
VT Radius	*AD* secantem *ang. dati.*	ITA sinus *cõpl. crur. dati.*	*AD* secantem *cõp ang. quæs.*

Ex hac constituta diatyposi Triangula Sphærica rectangula per solam multiplicationem solvuntur, siquidem in aurea proportionis regula radius 100000 *semper primo loco constituitur. Vbi tamen non ignorandum nos nic*

nos hic intelligere ista rum tantum triang. solutionem, quæ præter unicum rectum duos habent angulos acutos, quorum proinde latera sunt singulatim quadrante minora.

Namque de reliquis rectangulorum generibus quid statuendum in principio 2. p. hujus monuimus.

Porro placuit hic in gratiam Tironum unicum vel duo solutionis exempla ob oculos ponere, quibus reliquorum solutiones facillime intelligantur.

Primum solutionis exemplum.



[In triangulo sphærico ABC rectangulo ad C quæratur crus ang. recti BC, idque ex data basi AB 60 gr. cum angulo A 23 grad. 31 m. qui nempe cruri quæsito opponitur.

Ex tabula sinuum invenitur quod qualium radius est 100000, earum sinus datæ basis AB 60 grad. erit 86603 & sinus anguli dati A 23 gr. 31 m. erit earundem 39901.

Hinc per primum probl. hujus diatyposis investigabitur ex aurea proportionis regula latus BC hoc modo argumentando.

UT Radius *AD*	sin. *basis.* AB	ITA sin. *ang.* A	*AD* sin *trian.* BC desiderati.
100000	86603	39901	

Operare igitur juxta auream proportionis regulam, secundum nimirum numerum per tertium multiplican-

do, & productum inde numerum in primum hoc est 100000 dividendo.

Constabit sinus quæsiti cruris BC 34555 cui sinui respondet in tabulis Sin. arcus 20 gr. 13' fere. unde crus BC quæsitum erit 20 gr. 13 m.

Alio modo.

Per alteram probl. ejusdem proportionem erit.

VT Radius,	AD secant.	ITA secans	AD secantem
	cõpl. basis. AB	cõpl. ang. A	cõpl. quæs. crur. BC
100000	115470	250617	289387

Atque secanti 289387 respondet arcus compl. 20 grad. 13 min. ut supra.

Secundum solutionis exemplum.

In prædicto triang. quæratur idem crus BC, idque ex data basi AB ut supra 60, & ang. B 77 gr. 43, utpote qui quæsito cruri adjacet.

Qualium Radius 100000 earum, sinus compl. ang. B erit 21275, tangens quoque basis AB erit 173205, unde per 2 probl. erit.

VT Radius,	AD sin. cõpl. ang. B	ITA tang.	AD tang. compl. basis AB	crur. BC quæs.
100000	21275	173205		36849

Arcus compl. respondens est 20 gr. 13 m fere ut supra.

Per secundam probl. proportionem erit.

VT Radius,	AD secant.	ITA tang.	AD tang. compl.
	ang. B	cõpl. bas. AB	crur. quæs. BC
100000	470043	57735	

Cui respondet arcus ut supra.

HAC-

Hactenus de ⌣ rectangulis, sequitur Solutio triangulorum sphæricorum obliquangulorum.

Solutio triangulorum obliquangulorum perficitur, vel

Per reductionem ad rectangula, vel sine ⌣ reductione.

[Triangula obliquangula reducuntur ad rectangula per demissionem arcus perpendicularis a vertice trianguli in oppositam & subjectam basin, atque arcus iste perpendicularis aut cadit intra, aut extra triangulum, ad partem nempe basis continuatam, dislocans triangulum obliquangulum in duo rectangula. Vnde nota & percepta rectangulorum solutione non ignorabitur solutio obliquangulorum.

Quando autem perpendiculum intra quando extra triangulū cadat docet 8 p. 4 Regiomont. quæ tales est.]

Si quis triangulus sphæralis duos acutos habeat angulos, aut duos obtusos; arcus egrediens a vertice tertii anguli, lateri se respicienti occursurus perpendiculariter, intra triangulum reperietur. Si vero alter eorum acutus, & reliquus obtusus exstiterit, extra triangulum necessario cadet.

In triangulis obliquangulis quæ per reductionem ad rectangula solvuntur datorum varietates sunt quatuor.

Ex angulo alterutro dato (puta B) descendat ad basin (contra quam si opus sit) arcus perpendicularis CD (qui an intra an extra triangulum datum cadat, operatio ipsa docebit) illud illo modo duo triangula rectangul. nempe BDA & BDC.

In triangulo Sphærico BDA posita quam ang. recti basis AB data sit, una cum angulo adjacen. A; crura ang. recti BD & AD & 2 probl. hujus investigabuntur & per 13 probl. dabitur quoque ang. alter ABD, qui si minor fuerit reperto quæsito triang. propositi angulus ABC, cadet arcus perpendicularis BD intra triangulum: sin vero major, cadet extra. Ablato minori de majori, id est, subtracto ABD ang. ab ABC ang. vel hoc ab illo, datus quoque erit angulus DBC reliquus.

Porro in triangulo BDC rectangulo altero quia invenimus crus ang. recti BD angulumque eidem adjacentem DBC: per probl. 7 reperietur basis BC, esq; in triang. proposito LATUS QUÆSITUM ALTERUM. Consequenter ex eisdem datis crus DC per 5 probl. & ang. tertius DCB per 15 probl. non ignorabuntur. Cadente perpendiculari intra triang. hic angulus DCB repertus erit ANGULUS TRIANGULI PROPOSITI DESIDERATUS TERTIUS: Cadente vero extra, tunc complementum ejus ad semicirculum dabit desideratum angulum.

Postmodum in primo casu summa crurum inventorum AD & CD TERTIUM QUÆSITUM LATUS AC notum efficiet: in posteriori casu crus CD ab AD subtractum, reliquum faciet quæsitum AC latus.]

Problem. 18.

Datis in triang. Sphærico obliquangulo duobus angulis, cum latere

alteri eorum opposito: reliqua latera & angulum tertium explorare, dummodo constiterit utrum latus ignotum angulum alterum datum subtendens, quadrante maius fuerit, an minus.

Perpendicularis enim arcus a termino lateris dati in latus utrique angulo dato adjacens continuatum (si oportet) descendens, obliquangulum triangulum propositum in duo triangula rectangula partitur, ex quorum calculo postulata innotescunt.

Illustratio per Exemplum.

In triangulo *ABC*, anguli ad *A* & *C* sint dati cum latere *AB*, nota quoque sit species alterius lateris BC. Dimittatur arcus perpendicularis *BD*, qui intra triangulum cadet si anguli ad *A* & *C* dati fuerint simul acuti vel obtusi: sin vero angulus unus acutus & alter obtusus fuerit, cadet perpendicularis iste arcus extra triang.





Porro,

Porro, quia in triangulo *ADB* rectangulo, data est anguli recti basis *AB* cum ang adjacent. *A*, dabitur per 1 problema crus ang. recti *BD* & per 2 problema crus alterum *AD*. Nec non per 13 problema angulus *ABD*. 102

Rursus, quia in triangulo rectangulo *DBC* inventum est crus *DB*, & ex thesi datur ang. *C* cum specie basis *BC*: dabitur per problema 8 basis *BC*. *EST QVE LATVS QVÆSITVM VNVM*: nec non crus ang. recti *DC* cum angulo *DBC* per 4 & 16 probl. innotescunt. Si itaque inventus hic angulus *DBC* invento ang. *ABD* addatur (perpendiculari cadente intra triangulum) vel (contra) eidē auferatur, innotescet *ANGVLVS QVÆSITVS ABC*.

Consequenter latus inventum *AD* in primo casu adjectum lateri *DC*, vel ab eodem ablatum in casu secundo, notum efficiet *LATVS QVÆSITVM* alterum.]

Problem. 19.

Datis in triang. obliquangulo Sphærico duobus lateribus cum angulo alteri eorū opposito, insuper nota specie anguli reliquo lateri dato oppositi; reliquos angulos latusq; tertium invenire.

Perpendicularis enim ab angulo lateribus notis adjacente demissus in oppositam Basin

ambo AD & CD crura inventa efficient *QVÆSITVM LATVS*, AC, *TERTIVM*, verum enimvero cadente perpendiculari extra triangulum, tunc complementū ang. BAD ad semicirculum *DABIT BAC ANG. QVÆSITVM.* Insuper angulus BAD alvangulo DB subtractus, relinquet *ANG. QVÆSITVM* ABC *ALTERVM:* atque crus DA a crure DC ablatum, relinquet *QVÆSITVM*, AC, *LATVS TERTIVM.*

Problema 20.

In triangulo obliquangulo Sphærico datis duobus lateribus & angulo ab eis comprehenso: tertium latus & reliquos angulos concludere.

Perpendicularis enim a termino lateris unius noti in reliquum notum (si necesse sit productum) demissus: triang. propositum in duo rectangula dispescit, ex quorum calculo ignota colliguntur.

[Verbi gratia, in triangulo ABC sint data CB & CA latera comprehendentia angulum datum C. Vt tertium latus cum angulis duobus reliquis cognoscas, demittes arcum perpendicularem BD, idque a termino lateris dati usque in alterum latus notum (quando opus sit productum) hic enim perpendicularis arcus an extra an intra triang. cadet, calculus docebit.



Suntque duo rectangula triangula constituta, utpote ADB & BDC itaque in triangulo BDC ex data angul. recti basi BC, cum angulo alterutro, C investigantur crura BD & CD per 1 & 2 probl. nec non dabitur angulus DBC per 13 probl. Porro, crus CD inventum si fuerit minus lateri CA dato, cadet perpendicul. arcus BD intra triangulum, sin vero eidem majus sit, cadet extra, utcumque sit, minus auferatur a majori, relinquetur crus DA triang. ADB rectang.

Consequenter quia in triang. ADB rectang. data sunt ang. recti crura DA & DB, per 9 problema invenietur basis ang. recti BA, quæ est in triang. proposito *LATVS QVÆSITVM TERTIVM*, nec non per 14 problema anguli *ABD & BAD* innotescent.

Postmodum cadente perpendiculari intra triangulum, angulus BAD erit in triang. proposito *ANGVLVS QVÆSITVS*: secus complementum ejus ad semicirculum erit quæsitus BAC angulus: nec non in primo casu ang. ABD inventus addatur angulo *DBC*, vel contra in secundo casu ab eodem auferatur, innotescet angulus reliquus quæsitus ABC.]

Hactenus de resolutione obliquangulorum, quę fuit in reductione ad triangula rectangula: sequitur quorundam solutio sine reductione.

Probl.

Problema 21. 106

In triang. obliquangulo Sphærico datis duobus lateribus cum angulo uni eorum oppositio: angulum alteri lateri dato oppositum inquirere, dummodo species ejus cognoscatur sitne obtusus an acutus. Erit enim,

VT sinus	AD sinum	ITA sinus	AD sinum
lateris dati quod ang. notum subtendit.	*ang. dati & cogniti.*	*reliqui lateris noti.*	*ang. quæs.*

Illustratio per numeratos.



[In triang. ABC, obliquangulo, dentur latera AB & AC. Vtpote AB sit 41. & AC sit 6. gr. 14 m. Denique detur angulus ABC 8 gr. 50 m. Ang. C (quem pono esse obtusum) per regulam auream ita colliges.

VT sinus	AD sinum	ITA sinus	AD sinum ang.
lat. AC	*ang. B*	*lat. AB*	*C desiderati*
10857	15356	65605	92785

Atque sinui huic invento respondet in tabula sinuum arcus 68 6 fere, atque angulus datur obtusus, unde sumendum hujus arcus complementum ad semicirculum, eritque angulus C quæsitus 111, gr. 54 m.]

Probl.

latus fuerit quadrante majus, sumendum compl. ad semicirculum, utpote 173 gr. 46.]

Problema 23.

In triangulo Sphærico obliquangulo datis duobus cruribus singulatim quadrante minoribus, cum angulo ab eis comprehenso: latus tertium quod nempe angulum datū subtendit, per prosthaphæresin, id est, per additionem & subtractionem inquirere.

Hujus propositi problematis & proxime subsequentis frequentissimus est usus in rebus Astronomicis, & in Astrorum observationibus utramque complet. paginā. Vnde problemata usitata solent ab artificibus appellari; quorum solutionem methodo prosthaphæreseos utpote per additionem & subtractionem sine laboriosis numerorū divisionibus & multiplicationibus expediemus. Et hoc quidem resolutionis compendium quovis auro est pretiosius. Proposuerunt idem Nicolaus Vrsus Ditmarsus in fundamento suo Astronomico, & Barth. Pitiscus in Trigonometria, in quo tamen

men hallucinati nonnihil. Sed nos institutum nostrum fideliter prosequentes, aliorum labores hic carpere nolumus.

Resolutio sequitur, estque trimembris.

In resolutione hujus problematis triplex observandus est casus: crura enim data sunt conjunctim quadranti æqualia, sive minora, sive eidem majora: Unde tribus exemplorum generibus propositum problema explicabimus.

Primum genus exempl.

Vbi datis duobus cruribus conjunctim quadranti æqualibus, datoque angulo ab eis comprehenso: Latus tertium investigatur.

Crus minus jungatur cum complemento majoris, & producti sinus scribatur pro Invento primo, *& dimidium ejusdem erit* Inventum secundum: *& sinus versus anguli dati & cruribus comprehensi erit* Inventum tertium. *Inventum quartum per regulam auream hoc modo colliges.*

ut

ut Radius, *ad* Invent. 2: *ita* Inv. 3, *ad* Invēt. 4. 110

Inventum quartum auferatur ab inventoprimo, numerus residuus erit complementum lateris quæsiti.

Illustratio per numeros.



[In triangulo obliquangulo ABC sit datus angulus A 45 gr. 6 m. Cujus crura AB & AC simul sumpta sint quadranti æqualia, sitque crus AB 56 10 & crus AC 33 50; latus tertium BC hoc modo cognoscēs.

Crus majus AB	56 10	
Ejus complementum	33 50	
Adject. cruri minori AC	33 50	
Producitur arcus	67 40	
Cujus erit sinus	92499	Invent. primum.
Hujus semissis	46249	Invent. secundum.
Angulus datus A	45 gr. 6 m.	
Cujus sinus versus	29413	Invent. tertium.

Ex his Inventum 4 sic infertur.

VT Radius	*AD* Invent. 2.	ITA Invent. 3	*AD* Invēt. 4
100000	46249	29413	13605

Rursus ab invent. primo 92499
auferInvent. quartum 13605
Relinquit. sin. comp. lat. 78896
Vnde latus quæsitum BC est, erit 37 55.]

Secundum genus exempl.

In triangulo obliquangulo datis duobus

Auferatur ab Invent. 1 relinquit. 68391
Cujus semissis erit 34195 Invent. 2.
Porro ang. A. datur 108 45
Cujus sinus versus est 132144 Inuent. 3.
Consequenter
VT Radius AD Invent. 2. ITA invent. 3. AD 45186
100000 34195 132144 Invent. 4.
Inventum 4 auferatur ab
Invento primo, relinquitur 36300
Estque sinus compl. lateris quæsiti. Vnde latus BC Quæsitum erit 68 gr. 43 m.]

Tertium genus Exempl.

In triangulo obliquangulo datis duobus cruribus conjunctim quadrante majoribus, datoque angulo a cruribus comprehenso: latus tertium colligetur hoc modo.

Complementum cruris majoris addatur cruri minori, producti arcus sinus dabit Inventum primum, *idem deinde complementum auferatur a minori crure, residuique sinus ad inventum primum addatur, namque hujus semissis dabit* Inventū secundū.

Porro sinus versus anguli dati exhibet Inventum tertium, *& inventum quartum colligitur ex aurea regula argumentando ut pridem.*

ut *Radius*, ad *Invent.* 2. ita *Inv.* 3. ad *Inv.* 4.

Inventum quartum conferendum cum invento primo, sin enim fuerint æqualia, indicio est latus quæsitum esse quadrantem: verùs si inventum quartum fuerit minus quam inventum primum, Latus trianguli quæsitum erit quadrante minus: quare inventum quartum auferendum a primo, numerus residuus erit sinus complementi lateris quæsiti, ut in prioribus.

Postea si inventum quartum fuerit majus quam primum: indicio est latus quæsitum excedere quadrantem. Quare inventum primum ab invento secundo ablatum relinquitur sinus excessus tertii lateris quæsiti supra quadrantem.

Illustratio per numeros.



[In triangulo ABC angulus C, sit 154 gr. 18 m. & crura AC, & CB sint conjunctim quadrante majora, crus majus BC detur 84 gr. 29 min. Crus minus AC sit datum 23 $31\frac{1}{2}$. Quæratur latus tertium AB.

Ad compl. cruris majoris utpote	5 gr.	31 m.
Addatur crus minus	23	$31\frac{1}{2}$
Producitur arcus	29	$2\frac{1}{2}$
Cujus sinus	48544	Invent. 1.

Rur-

Rursus complementum cruris majoris auferatur a minori crure, relinquitur arcus 18 gr. $0\frac{1}{2}$ m.
Cujus erit sinus 30915
Qui adjectus invent. 1. producitur 79459
Cujus semisis est 39729 Invent. 2.
Porro angulus C datur 154 18
Cujus sinus versus est 190108 Invent. 3.

Pro invento 4 licet argumentari ut pridem,

VT Radius AD invent. 2. ITA invent. 3. AD invent. 4.
100000 39729 190108 75528

Quia v. inventum 4 reperitur majus quam inventū 1. Indicium est, latus AB quæsitum quadrantem excedere. Vnde inventum 1 ab invento 4 ablatum relinquitur 26984. Sinus arcus excessus quo latus AB quæsitum excedit quadrantem, estque arcus iste in hoc exemplo 15 39 qui additus ad quadrantem 90 gr. constituit AB latus quæsitum 105 gr. 39'.]

Problema 24.

Trianguli Sphærici obliquanguli datis tribus lateribus: angulū quempiam a duobus cruribus singulatim quadrante minoribus comprehensum inquirere.

In hoc problemate eidem casus sunt observandi qui in antecedente, utpote crura angulum quæsitum comprehendentia aut conjunctim sunt quadranti æqualia vel minora

vel eidem majora. Unde quoque triplici exemplorum differentia resolutio hujus problematis erit pertractanda, in quibus inventum primum quemadmodum et secundum ad eundem prorsus modum inquiruntur ut in antecedenti.

Primum genus exemplorum.

In triangulo obliquangulo Sphærico datis tribus lateribus: angulum invenire cujus duo crura sunt conjunctim quadrāti æqualia.

Crus minus addatur complemento majoris producti sinus erit inventum primum, & ejus semissis dabit inventum secundū, quemadmodum in præcedente problemate. Porro sinus complementi tertii lateris ab invento primo auferatur, reliquus erit inventum tertium.

Ex his consequenter angulum quæsitum per regulam auream hoc modo concludes.

Vt inventum secundum ad Radium, ita inventum tertium, ad sinum versum compl. anguli quæsiti.

Secundum

Secundum genus exemplorum.

Vbi crura anguli quæsiti sunt conjunctim quadrante minora.

In his inventum primum & secundum investigantur ad eundem prorsus modum ut in antecedentis problematis exemplo 2.

Crus nimirum minus addatur complemento majoris, & producti sinus dabit inventum primum.

Deinde crus minus auferatur a complemento majoris, hujusque residui sinus ab invento primo sublatus, ejus semissis dabit inventum secundum.

Porro sinum complementi tertii lateris similiter ab invento primo subtrahe, relinquetur inventum tertium. Ex his angulum quæsitum & a cruribus comprehensum colliges hoc modo ratiocinando.

VT Invent. 2. AD Radium.
ITA Invent. 3. AD sinum versum compl. anguli quæsiti.

Tertium genus exemplorum.

Vbi crura anguli quæsiti sunt conjunctim quadrante majora.

Inventum primum & secundum hic quæruntur ut in antecedentis plobl. exemplo 3. Crus enim minus addatur complement. majoris, producti arcus sinus dabit inventum primum.

Idem quoque complementum cruris majoris aufer a crure minori, reliduique sinus addatur invento primo, producti semissis dabit inventum 2.

Porro si latus tertium datum fuerit quadrante minus, reliqua perficienda ut in hisce prioribus, hoc est, sinum complement. tertii lateris ab invento primo substrahe, reliquus dabit tibi invent. 3. Vnde concludes angulum quæsitum hoc modo.

VT Invent. 2. AD Radium.
ITA Invent. 3. AD sinum versum compl. ang. quæsiti.

Verum enimvero, si latus tertium datum fuerit quadrante majus: tunc ejus excessus supra quadrantem quæratur sinus, addaturque is ad invent. 1. producetur inventum 3. unde pro angulo quæsito cognoscendo hoc modo ratiocinari licet.

VT Inventum 2. AD Radium.

ITA

ITA *Invent.* 3. *AD sinum versum ang. quæsiti.*

Problema 25.

Trianguli obliquanguli datis tribus angulis latus quodvis investigare.

Hujus probl. prorsus eadem erit solutio cum antecedente; dummodo assumatur aliud triangulum quod cum triang. propositio angulos in latera permutat, idque ipsum qua conditione fieri possit ostendimus in 36 prop. 1. partis hujus, quam propositionem qui bene intellexerit nihil hic amplius desiderabit.



Verbi gratia, proponatur triang. ABC, cujus anguli singuli dentur, utpote ang. A 30 gr. ang. B 59 gr. 30 m. ang. C 103 grad. Pro isto triangulo assumendum aliud DEF triang. quorum latera angulis istis datis respondeant, utpote latus maximum D E respondeant complemento ang. maximi C sitque proinde 77. grad. latus

minimum DF respondeat angulo itidem minimo A, quod proinde erit 30 gr. latus denique EF sit 59 30 respondens nimirum angulo B. Quare cum trianguli DFE assumpti latera tria sint data, per antecedens 24 Probl. tres ipsius anguli non ignorabuntur: qui quidem anguli respondent lateribus trianguli propositi ABC, pro angulo tamen maximo F assumpto ejus ad duos rectos complemento.

Sequitur resolutio rectilineorum triangulorum, & primum de rectangulis, quæ nimirum unicum habent angulum rectũ, & reliqui duo sunt acuti: ac cognito unico acuto, reliquus non ignorabitur, est enim ejusdem ad quadrantem complemẽtum, ut constat ex 31 prop. partis 1 hujus. Porro in triang. rectangulis inveniri debent aut *Basis* anguli recti, aut *Crura*, aut *Anguli*.

POSTULATUM I.

De invenienda anguli recti BASI.

Problema 1.

Ex utroque crure dato.

Adde

Adde in unam ſummam quadrata crurum datorum, efficietur quadratum Baſis, cujus radix quadrata producet Baſin.

Problema 2.

Ex Angulis & Crure alterutro. *erit enim*

VT Radius, AD ſecant. *dat. crur. adjacentis.* ang. ITA datum crus. AD Baſin.

POSTULATUM 2.

De inquirendis CRVRIBVS anguli recti.

Problema 3.

Ex crure alterutro, & Baſi.

Quadratum cruris dati ex quadrato Baſis auferatur, relinquitur quadratum cruris quæſiti, cujus radix quadrata faciet quæſitum crus.

Problema 4.

Ex crure alterutro & angulis. *erit enim*

VT Radius, AD tang. *dato cruri oppoſiti.* ang. ITA crus *datum* AD crus *quæſ.*

Problema 5.

Ex Basi, & angulis. *erit enim*

VT radius, AD sinus *ang. quaes. crur. oppositi.* ITA basis AD crus *quaes.*

POSTULATUM 3.

De ANGVLORVM investigatione.

Problema 6.

Ex utroque crure.

VT crus, AD crus *reliquum* ITA radius AD tang. *ang. crur. reliq. oppositi.*

Problema 7.

Ex basi, & crure alterutro.

VT basis AD datum crus, ITA radius AD sinum *ang. dato crure oppositi.*

De obliquang. triang.

In his sciendum quod datis duobus angulis, tertius semper existit datorum angulorum

rum complementum ad semicirculum. ut est in 31 prop. part. 1 hujus.

Problema 8.

In triangulo rectilineo obliquangulo datis duobus angulis cum latere quocunque. Angulum tertium & reliqua latera investigare.

Subductis duobus angulis datis ex semicirculo relinquitur tertius. Porro

Vt se habet sinus anguli lateri dato oppositi, ad latus datum: ita etiam reliquorum angulorum sinus, ad latera opposita.

Institutio exemplaris.

In triang. ABC obliquang. dentur { ang. A 27 3 m. / ang. B 111 32 26" / latus AB 32 part.

Reliqua inquiruntur hoc modo.

Demptis duobus angulis datis ex semicirculo relinquitur angulus tertius C 41 gr. 24 m. 34. Porro

Vt sinus ang. C dato lateri AB oppositi 66143.

Ad latus datum AB 32.

Ita sinus anguli A 45477.

Ad latus BC quod angulo A oppositum est 22 fere.

Consequenter quoque erit,

Vt sinus anguli C 66143

Ad

Ad latus eidem oppositum AB	32
Ita sinus anguli B	93016
Ad latus AC angulo B oppositum	45

Problema 9.

Datis duobus triang. obliqu anguli lateribus, & angulo non ab eis comprehenso obtuso (vel si acuto data anguli specie alteri lateri oppositi) latus tertium cum reliquis angulis invenire.

Vt latus datum, dato angulo oppositum, est ad sinum anguli dati: ita latus alterum, ad sinum ang. oppositi minoris quadrante si species ang. acuta sit, majoris si acuta.

Dantur jam duo anguli, tertius est reliquus duorum datorum ad semicirculum.

Porro ut sinus anguli alterutrius noti, ad latus eidem oppositum: ita sinus anguli lateri incognito oppositi, ad latus tertium.

Exemplum.

In triangulo ABC dentur { Latus *AB* 32 / Latus *BC* 22 / Angulus *A* 27 3 m.

Tertium

Tertiũ latus, & reliquos angulos investigabis hoc modo.

Vt latus angulo dato oppositum BC	22
Ad sinum anguli dati A	45477
Ita latus alterum datum AB	32
Ad sinum anguli oppositi C	66143

Atq; sinui 66143 invento respondet arcus 41 24½ m. pro amplitudine ang. C acuti.

Dempto deinde utroque A & C angulo ex semicirculo, relinquitur ang. tertius obtusus B 111 32′ 26″. Porro

Vt sinus anguli A	45477
Ad latus eidem oppositum BC	22
Ita erit sinus ang. B	90316
Ad latus tertium AC	45

Problema 10.

Trianguli obliquang. datis duobus lateribus & angulo ab eis comprehenso; latus tertium & angulos reliquos inquirere.

Latera data componantur summæ dimidium est Inventum primum. *Latus minus auferatur ab invento primo, reliquus sit* Inventum secundum. *Consequentur angulus datus auferatur a semicirculo, residui dimidium fiat* Inventum tertium. *Quæraturq; arcus ejus dimidiati numerus tangens qui erit* Inventum quartum. *Porro*

Vt

Vt inventum primum, ad inventum secundum: ita inventum quartum, ad Inventum quintum.

Cum invento quinto ingredere tabulam tangent. arealiter, arcum ei respondentem excerpendo, hunc inventum arcum si auferas ab invento tertio, reliquus erit angulus trianguli minori lateri dato oppositus: sin vero eidem addas, productus erit angulus tertius majori lateri dato oppositus.

Latus denique tertium per 10 *probl. non ignorabitur. Erit enim*

Vt sinus alterut. anguli,
Ad latus oppositum,
Ita sinus ang. quæsiti lateri oppositi,
Ad latus quæsitum.

Exemplum.

In triangulo *ABC* dentur { Latus *AB* 32, Latus *BC* 22, Ang. B 111 gr. 32 m. 26'

Reliqua inquiruntur ut sequitur.

Summa laterum *AB* & *BC* datorum est 54
Eorum semissis est *Invent. primum* 27
Auferatur exinde latus minus BC 22 reliquus est *Invent. secundum* 5
Compl. anguli dati B ad semicirc. est. 68 gr. 27' 34"
Cujus semissis est *Invent. tertium* 34 gr. 13 47
Hujus numeri tangens est *Invent. quart.* 68031

VT

VT invent.1. *AD* invent.2. ITA inv.4. *AD* invent.5.
27 5 68031 12598.

Atque numero 12598 inventi quinti respondet in tabula tangentium arcus 7 gr. 10 m. 47″.

Qui ablatus ab invento tertio 34 gr. 13′ 47″

Relinquitur angulus quæsitus A & lateri minori BC dato oppositus 27 3.

Quin etiam addatur eidem, producesangulum C 41 24 m. 34″. oppositum lateri majori dato.

Latus tertium AC ex 10 probl. concludes.

VT sinus *ang. A*	*AD* latus *oppos. BC*	ITA sinus *ang. B*	*AD* latus *oppos.* AC
45477	22	90316	45

Problema II.

Datis tribus trianguli obliquanguli lateribus: tres ejusdem angulos concludere. *In his erit*

VT Basis AD summū ITA crurum AD *inventum* trianguli crurum: differentia *primum.*

[Per Basin intelligimus latus trianguli maximum, ac proinde reliqua duo latera crura appellantur.]

Inventum primum auferatur a Basi sive latere dato maximo; residui semissis dabit Inventum secundum.

Inventum primum & secundum componantur, dabitur Inventum tertium.

Ex hisce inventis angulos trianguli hoc modo concludes. Erit enim

VT

VT crus AD Invent.2. ITA Radius, AD sinū comp. minus. anguli minori crur.adjacent.

Rursus.

VT crus AD invent.3. ITA Radius, AD sinū compl. majus. ang.cruri majori adjacent.

Dantur ergo duo anguli, quibus a semicirculo sublatis, relinquitur tertius qui nempe basi opponitur.

Institutio exemplaris.

[In triang. ABC dentur { Crus AB 32, Crus BC 22, Basis AC 45

Angulos ejus trianguli sic cognosces, primum erit



VT basis AD summam AC 45 ITA crurum AD inventum crurum BC & AB 54 differentia 10. prim. 12

Inventum hoc primum auferatur a basi, relinquuntur 33, quorum semissis est Inventum secundum utpote $16\frac{1}{2}$.

Inventum primum & secundum componantur, producetur inventum tertium $28\frac{1}{2}$.

VT crus minus BC 22. AD invent.2. $16\frac{1}{2}$ ITA Radius 100000 AD sin.cōp.ang. C crur.minor. adjac.75000

Atque sinui invento 75000 respondet complementi arcus 41 gr. 24 m. 34″ tantusque est ang. C.

VT crus majus AB 32 AD invent.3. $28\frac{1}{2}$. ITA Radius 100000 AD sin.compl. ang. A adjac. crur. majori 89062.

Atque

Atque sin. 89062 respondet compl. arcus 27 3m. & tantus & angulus A.

Et sic planorum tum & sphæricorum triangulorum solutionem per canones absolvimus. Sequitur mechanica rectilineorum solutio solius circini & regulæ beneficio, quæ arium mathematicarum tironibus nec ingrata nec inutilis erit.

Solutio Triangulorum Planorum Mechanica, beneficio circini & regulæ.

LEMMA.

Ad datam rectam lineam angulum rectilineum quotlibet gradus graduumq; partes continentem, constituere: & contra dato angulo rectilineo ejus amplitudinem in gradibus graduumve partibus cognoscere.

Hujus lemmatis prorsus eadem erit solutio cum priori quod pag. 23 h. proposuimus. Sit enim data linea recta AB, & punctum in ea datum C, ex quo jubeor angulum exci-



tare rectilineum gradus 38 & 45 m. comprehendentem. Semicirculus præparatus cujus figuram pag. 24 apposuimus ita accommodandus ut latus ejus rectilineum lineæ AB datæ, nec non & centrum puncto C respondeat. Deinde inter partes semicirculi divisas, incipiendo ab AB linea, numerabis amplitudinem anguli propositi 38 gr. 45 m. hoc est 38 gr. cum tribus quartis gradus, terminus numerationis signetur litera D. Deinde remoto semicirculo, ex puncto C perque signaturam D duces rectam CD, quæ cum AB linea conficiet angulum desideratum. VICISSIM si datus sit angulus rectilineus BCD velisque ejus indagare amplitudinem, applicabis semicirculum juxta modum præscriptum centro suo ad punctu C, gradus enim peripheriæ inter duas AB & CD lineas comprehensæ indicabunt amplitudinem anguli desideratam.

Hoc præmisso lemmate facillima ratione

omnia

omnia triangulorum planorum problemata solvemus, huic negotio accommodando lineam rectam in 100 *vel* 1000 *æquales partes divisas, cujus figuram hic depictam videtis in linea AB divisa.*



SOLVTIO RECTANGVLORUM.

Problema 1.

Ex dato crure utroque, Basin anguli recti & utrumq; angulum acutum, dicto citius, deprehendere.

Verbi gratia in triangulo plano rectangulo alterutrum crus detur 800 *part. reli-*



quum crus 600 part. Pro basi & angulis inveniendis beneficio normæ vel per 11 p. 1 Eucl. in planitie procreato angulū rectum B ductis lineis BD & BC. Deinde ex linea AB divisa sumito per circinum partes 800 hanc circini expansionem mensurato in BD linea ab angulo recto B usque ad E. Eodem modo accipe per circinum intercapedinem 600 part. in linea AB divisa numeratarum, eamque mensurato in BC linea a B usque ad F. Tandem ducatur Basis trianguli FE, cujus amplitudinem per circinum acceptam facile cognosces ex partibus lineæ AB divisæ, angulos præterea ex lemmate præmisso acquires.

Problema 2.

Datis basi & crure anguli recti: crus reliquum & angulos expiscari.

In triangulo plano rectangulo detur basis part. 1000, crus ang. recti alterutrum sit 800 partium: crus reliquum & angulos hoc modo cognosces, primum exstructo angulo recto DBC, intercapedinem 800 part. per circinum

cinum ex linea AB divisa acceptam, mensurato in BD, a B usque ad E, deinde accipe per circinum 1000 *partes, & posito uno ejus pede in punctum E altero intersecabis BC lineam ad punctum F, ducenda itaque basis EF ut fiat triang. rectangulum FBE, cujus crus FB cum angulis ad F & E acutis facile mensurabis ut supra.*

Problema 3.

Data basi cum angulo acuto crura anguli recti venari.

